NOT TO BE ISSUED
OUT OF THE LIBRARY.

00055214

Digitized with financial assistance from the
Government of Maharashtra
on 25 June, 2016

LEONARDI PLUKENETII
MALTHEUM BOTANICUM.
(*i. e.*)

Stirpium Indicarum Alterum

55214

COPIÆ CORNU

Millenas ad minimum & bis centum diverſas Species novas & indictas nominatim comprehendens; Quarum Sexcenæ & inſuper, Selectis Iconibus,

ÆNEISQUE TABULIS

In gratiam Phytoſophorum exquiſitè & ſummo artificio Illuſtrantur.

Opus TEMPORI Sacratum.

In Magnis vel Voluiſſe Sat eſt.



M. Vander Gucht sul.

Plurimùm ad Inveniendum contulit, qui ſperavit poſſe reperiri.
Pigri eſt Ingenii contentum eſſe his, quæ ab aliis inventa ſunt.

Senec. Epiſt. 80.

LONDINI M.DCC.V.

00055214

Præfatio.

INSatiabilis *est* Intellectus *hominis nec uno expletur ferculo, sed crescit amor cognoscendarum rerum, quantum res ipsæ crescunt ; Adspernatur enim certorum finium præscriptionem, ut recte dicit* Scaliger Exerc. 307. 11. *Sæculi sanè nostri est felicitas multis diligentiæ abundare exemplis, & ad ampliandam* Historiam Naturalem *indefesso in stirpibus indagandis studio efflorescere. Profectò Veterum Inventis incrementa, semper ingeniosa Posteritas adjunxit.*

Ingratè igitur posset, & iniquè de Parente omnium Natura *videri, credere* Ipsam *omnia sua in uno partu effundentem munera, reliquæ Posteritati humani generis in omnem ævum sterilem, effætamque manere voluisse. Damus quidem prudentissimum rerum Naturalium* Salamonem *fuisse, totam tamen earum abyssum non exhausit : Hæc est benignitatis* Divinæ *lex spargere dona sua in Homines & Ætates, nec uni tribuere omnia. Multa (inquit* Seneca Quæst. Nat. lib. 7. cap. 31.) *venientis ævi populus ignota nobis sciet, multa sæculis tunc futuris, cum memoria nostra exoleverit reservantur. Nihil unquam Venerabilis Antiquitas de* Novi Orbis *in rerum Naturâ existentia nôrat, cum ecce* Deus Opt. Max. *post expleta inscrutabilis Consilii sui tempora, novum Nobis Mundi theatrum, tantâ* Exoticarum *rerum varietate refertum, aperuit.*

Herculeas posuit Naturæ nemo Columnas,
Et si quis studeat ponere, vanus erit.
O plures esset fas, hic numerare Columbos !
Quot nova Venatrix Regna carina daret ?

Viget adhuc vigebitque semper Ingenii humani solertia, nunquam deerit Inveniendarum copia. nunquam res novas Quærentium fatigabitur Industria ; Est quod nova semper Ingeniorum lumina veluti è Cymereis *tenebris primùm eruant proferantque. Ita enim accidit in* rè Botanica, *in Qua etiam cum multum actum est, omnis tamen Ætas quod agat inveniet.*

Quæ non multitudine tantum, sed & Novitate *sua animos nostros ad se arripiet ; Nemo non impensè delectatur* Novis, *denso enim agmine convolat populus ad quævis antea non visa* Naturæ *spectacula, nec quenquam vel ex infima plebe invenies, qui eo ubi publicè spectandum exhiberi solet quidpiam* Exoticum, *vento velocius accurrere nolit : Hinc fit ut Opus hoc nostrum (quod ad Historiam Plantarum augendam concinnavi,) tot* novis *accessionibus instructum, tot raris speciebus, imò insolitis & admirandis, Lectori* Philobotano *tàm* Novitatis *quàm utilitatis nomine commendare non erubescam, ideòque gratiam* novarum *rerum cupidorum, in publicum edi curarem.*

Nec infra plebis rusticitatem dejiciunt curas suas, sed cum Regum miscent Majestate, terrâ Nascentia qui ponderant ; Primus Paradisum plantabat gloriosus Deus, *& primum Mundi hospitem ac* Monarcham, *colonum ei dabat ; Tanti etiam semper apud Veteres* Stirpium Herbarumque *cognitio æstimata, ut vel* Diis *Immortalibus Inventionem earum ascripserint, vel mortales qui adinvenêrunt ac monstrârunt, Divinis honoribus dignos judicaverint.*

a 2 *dicaverint.*

dicaverint. Et tanquàm olim hujusce divinæ Facultatis *excellentiam a Nemine excogitari posse* Prisci *autumabant præterquam a* Diis *Immortalibus, sic & nunc dierum obtinet; quod doctiores & sapientiores inter* Magnates *nostros, imo* Principes *ipsi, velut* Divino *perciti Instinctu, ad* Eam *promovendam unanimiter conspirare videntur; Hi sanè ad hoc Opus consummandum sua contribuêre auxilia, His equidem adjuvor. Lætor plurimùm quod tales* Mecænates *habuerim, liquet enim,*

Principibus placere Viris, haud infima laus est.

Horum omnium liberalitatem non solùm Mihi sed Omnibus celebrandam ac divulgandam censeo. Horum erat benignitas quæ non contemnendâ adjectione hâc vice provexit Iconas *nostras, Quarum inspectionem multùm ad Plantarum cognitionem parandam facere, negari non potest, Neque ullius ponderis sunt, aut consideratu digna, quæ adversùs* Imagines *has, & olim* Plinius, *& Patrum memoriâ* Janus, Cornarius, Langiusque *disputavêrunt, cum usu quotidiano fit compertissimum,* Imaginem *bene depictam longè exquisitius & certius docere figuram, similiaque quæ in oculos incurrant, non stirpium modò, sed aliarum quoque rerum, quam ampla quævis descriptio præstare possit; ut optime docet* Excellentiss. Turnefortius. Inst. Rei Herbar. 14.

Permisimus igitur eò libentius hoc opus in lucem prodire, quod omnibus usui aliquo esse ita possit, ut Inspiciendo, legendo vè Naturæ admiranda, ad Deum *omnium Opificem animum erigentes, & odisse meminerint vitia, Virtutesque sequendas constituant, tracti istâ tantâ admirandarum rerum Jucunditate: Dedit enim nobis sensum, dedit Intellectum* Creator Maximus *haut frustrà, & ut turpi torpescerent ocio, sed ut excolerentur & exercerentur perenni opere:* Ille *nos in hunc Mundum introduxerit tàm inexplicabili rerum varietate ornatum, quod oculis quos contulit nobis ea videnda, animo contemplanda objecerit; Et ut magnæ alicujus artis Opifex attentos ac peritos spectatores desiderat, à segnioribus & imperitioribus obfuscari potius Scientiæ gloriam, & commaculari queritur, Ità divinus* Thaumaturgus *penitius gaudet Opera sua Inspici, &* Se *in illis, quantùm nostra fert Mortalitas. Nam quid in tanta Rerum existentium Varietate observari potest, quod* Dei *Majestatem ac Munificentiam non arguit? Quæ ex iis adeò abjecta ut animos non exsuscitet? Atque in* Creatoris *notitiam, cognitionemque non deducat? Quippe licèt* Deus *inconspicuus sit, nullâque visibili specie attingi queat, ex rebus tamen tam mirificè productis, tantisque virtutibus imbutis, perspici potest, & absque peregrinâ Instructione intelligi. Quin si Invisibilia* Dei *per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur ex* Paulo Apostolo *ad* Roman. 1. *Jure in hisce rebus deprehenditur summa* Dei *non modò Omnipotentia, verum etiam Benignitas, quæ rebus omnibus suam vim admirandam infuderit, ipsius hominis causâ. Nil enim quispiam à Naturâ creatum inveniet, quod in Medicum usum venire non possit, sacrâ illâ* Parente *rerum omnium nusquam non remedia disponente homini. Quid demum plura? Nihil non Herbarum vi effici posset, si plurimarum vires non Ignorarentur.*

Sylva mihi domus est, sunt et cubilia frondes,
Nostra nec erubuit Sylvas habitare *Thalia.*

Ex Ædibus nostr. ad Palatium antiquum apud *Westmonast.* Anno a nato Mundi *Salvatore* MDCCV.

Fol. 119. *pl.* 7. *deleatur Hyacinthus, & leg. Hyacinthoides* Floridana *aut Phalangium tale.*

AMAL.

LEONARDI PLUKENETII

AMALTHEUM BOTANICUM.

A

ABIES major *Sinensis* pectinatis Taxi foliis subtùs cœsiis, conis grandioribus sursùm rigentibus, foliorum & squammarum apiculis spinosis.

Abies maxima *Sinensis* pectinatis Taxi foliis, apiculis non spinosis.

ABrotanum mas *Sinicum* latiori folio, cum pulchris corymbis ex Insulâ *Cheusan.*

Abrotanum *Sinense* latiori, & multifido Artemisiæ folio, rigidiusculis apicibus spinularum æmulis insignito, cum parvis corymbis.

Abrotanum tenuifolium dense fruticosum, cum exiguis corymbis, ex Insulâ *Cheusan.*

Abrotanum *Sinense* tenuifolium, corymbis majoribus elegantissimis.

Abrotanum *Sinense* tenuissimis longioribus foliis, corymbis perexiguis.

Abrotanum mas *Sinensium*, foliis & corymbis minutissimis.

Abrotanum *Africanum* multifido folio, incanum, corymbis aureis umbellatum. An Coma aurea *Africana* fruticans, foliis Crithmi marini, *Hort. Amst. part. alt. cap.* 50. Quæ tamen ad Jacobæam nostram *Æthiopicam*, foliis Abrotani trifidis, summo caule capitulis parvis glomeratis, *Almag. Bot. fol.* 194. potiori jure referri videtur; Cujus Icon exhibetur *in Phytogr. Tab.* 302. *fig.* 7.

ABsinthium Seriphium montanum candidum, *C. B. P.* Absinthium Santonicum Nonnullis, *Camerarii.*

Absinthium *Sinense*, *Romano* haud absimile. Ex Insula una *de Crocodylis*, in ditione *Sinarum.*

Absinthium *Santonicum*, Chamæcyparissi denticulatis foliis, incanis. Absinthium Santonicum *Ægyptiacum*, *C. B P. Park.* Absinthium *Ægyptium* quibusdam, *J. B. Tom.* 3. *Part.* 1. 182. Abrotani fæminæ species secunda *Zanoni.*

Absinthium *Syriacum* tenuissimis foliis, Stæchadis citrinæ capitulis umbellatum.

Absin-

Abſinthium *Indianum* foliis inordinatè laciniatis, floribus albis parvis umbellatis.

Abſinthium maritimum *Sinarum*, Lavandulæ folio, pulchrioribus corymbis inodorum, ſapore aromatico. Abſinthium maritimum Lavendulæ folio argenteo vel incano, inodoro, ſaporis ex falſo amari, floribus plerumq; ſingularibus luteſcentibus, D. *Cunningham. Octobri* floret in Inſula *Cheuſan*.

Abſinthium *Maderaſpatanum* Senecionis incani folio, corymbis ſolitariis in ramulorum faſtigio ſpecioſis.

ACacia *Maderaſpatana* ſpinoſa *Aldini* foliis, ſiliquis longis membranaceis falcatis.

Acaciæ Eachedde *Malabarorum*, *Mantiſſæ* noſtræ ſimilis, ſpinis gemellis, longioribus, rectis. Eachedde vero Spinis brevibus, recurvis, & ſolitariis imbuta eſt.

Acacia ſpinoſa *Ind. Or.* pinnulis parvis lunatis, ſpinis brevibus deorſum inflexis.

Acacia non ſpinoſa *Ind. Or.* foliis perexiguis, virgulis lanugine ferruginea villoſis. Choona-attee *Malabarorum*. An Eadem cujus Icon habetur in *Phytograph. Tab.* 122, fig. 3. Hæc autem ſpinoſa eſt.

Acacia non ſpinoſa Sesban *Ægyptiacæ* foliis, ſubtùs glaucis; Cherymaram *Malabarorum*. Ad Acaciam noſtram non ſpinoſam Coluteæ foliis *Almag. Bot. Mantiſſ. fol.* 2.

Caut-

Cautwallee *Malabarorum* in *Phytograph. Tab.* 331. exhibitam propius accedit.

Acacia (fortè) *Maderaſpatana* Tamarindi forma, pinnulis Filiculæ conſiſtentia, alarum coſtis aculeatis. *Iddumbylymaram Malabarorum.*

Acacia *Americana* Faginis foliis tetraphyllos, floſculis ſtaminoſis in ſpicam diſpoſitis. Arbor ſiliquifera Faginis foliis *Americana* floribus comoſis *Almag. Bot. fol.* 44. *pl. ult.* cujus Icon habetur in *Phytographia*, *Tab.* 141. *fig.* 1.

ACer *Maderaſpatanum* Pyrolæ orbiculatis virentibus foliis, fructu ſimpliciter alato.

ACetoſa *Moſcovitica* ſterilis, *Moriſon. Hiſt.*

Acetoſa radice Lapathi inſtar, abſq; fibris recta pedali, aut ſeſquepedali montana, *Moriſ. Hiſt*

Acetoſa tuberoſa radice, *C. B. P.* 114. Oxalis tuberoſa radice, *J. B. Tom.* 2. *fol.* 991.

Acetoſa longifolia *Virginiana* fruticeſcens, grandiori fructu eleganter bullato.

ACino noſtrati ſimilis erecta, Herba *Maderaſpatenſis.*

Acinos multis effigie, procumbens, ex cauliculorum geniculis radicoſa, Herba capſularis ex Inſula *Cheuſan.* Sequitur deſcriptio a Domino *Jacobo Cunningham* exarata.

Planta

Planta flore cæruleo, monopetalo, tubulato, quadrifido, ex calyce quadrifido surgit pistillum staminibus stipatum, quod deindè abit in capsulam rotundam bicapsularem, seminibus minutis nigris fætam, in floris calyce reconditam; Folia parva, lævia, subrotunda, cœsia, ex adverso bina, è quorum alis proveniunt flores brevissimis pediculis cauli adhærentes, in nativo solo *Octobri* mense floret.

AConitum Lycoctonon Platani foliis in acumen luteum desinentibus. *Hort. Lugd. Bat.*

Aconitum minus Autumnale *Insulæ Cheusan*, *Sinicè Tsou-ù* dicitur, *Septembri* & *Octobri* floret apud *Sinas*.

ACuleosa *Æthiopica* Attractylidis facie, foliis densa serie cauli strictissimè appressis, capitulis foliosis. Cui extrema foliorum spina aurea, cæteris major est, et semper recurva.

ALaternoides *Africana* Ericæ foliis, floribus albicantibus & muscosis, *H. Amst. part. alt. fol.* 1. Ab hac parùm discedit Juniperifolia nostra suffrutex *Africanus* glomerato flore cum pericarpio rotundo, *Mantiss. fol.* 111.

Alaternoides *Africana* Lauri serratæ folio, *Casp. Commelin Prœlud. Bot. pag.* 61. *fig.* 11. Cujus semina sub titulo Ricini *Africani* Salicis folio, flore viridi sibi mittebantur, atq; hoc nomine etiam depicta exhibetur in *Codice Witsiano* cum hàc notâ, quòd gaudet Campis irriguis,

& Rivulorum marginibus. At re verâ Nil aliud eſt hæc planta quàm Euonymo adfinis *Æthiopica* ſempervirens, fructu globoſo ſcabro, foliis Salicis rigidis, ſerratis, in *Almageſto* noſtro, cum ſynonymis enumerata, *fol.* 139. *pl.* 11.

ALcea *Thuringiaca Camerarii Hort. Eyſtetenſ.*

Alcea *Indica* Scrophulariæ anguſtioribus foliis, capitulis conglomeratis. Tſieru-uren, *Hort. Malab. part.* 9. *Tab.* 73. Planta Sideritis folio inſipido, flore pentapetalo roſacei coloris, fructu rotundo, in quinque partes diviſo, ſemine triangulato, *Commelin. Not. in locum.*

Alcea minor *Maderaſpatana*, Vitis ſylveſtris folio incano, florum calyce duplicato; Collar-tuty *Malabarorum.*

Alcea *Indica Sinarum*, Abutili foliis incanis, flore amplo luteo, fundo purpureo. D. *Cunninghamus* hoc modo deſcripſit.

Frutex arboreſcens, flore luteo Malvaceo, fundo purpureo, fructu villoſo, in quinque loculamenta diviſo, apice dehiſcente, & plurimis ſeminibus fuſcis reniformibus fæto: Folia fert circinatæ ferè rotunditatis, aliquando in acumen minus deſinentia, leviter ſerrata, parùm rigida, & infernè incana, ut Populus alba. *Junio* floret, & *Septembri* ſemen perficit. Eſt ſpecies Ketmiæ.

Alcea Indica, Lamii Cannabini folio tetrapyhllos, capitulis ad nodos caulium glomeratis. Niuren, *H. Malab. part.* 10. *Tab.* 55.

Alcea *Sinica*, Manihot ſtellato folio, capſula longa, piloſa, pyramidata, quinquefariàm diviſâ. Deſcriptio ſequitur.

Planta fructu pyramidato, longiore, hirſuto, quinquecapſulari, ſeminibus fœto reniformibus, foliis digitatis, (digitis longioribus) lævibus, & obſcurè viridibus, *Sinicè Tchu-whei* dicitur. D. *Cunningham.*

Alcea *Floridana* quinquecapſularis, Laurinis foliis, leviter crenatis, ſeminibus Coniferarum inſtar alatis; **Rose-bay** *Noſtratibus* dicta.

Alcea Ciſtoidea *Africana* quinque capſularis, Teucrii durioribus hirſutis foliis, flore aureo gemello, ex quinquepetalis ſpiraliter in orbem volutis conflato. Ciſtoides (fortè) *Africana*, fruteſcens, Ulmi folio, flore luteo *Cat. Plant. ad. calcem. Paradiſ. Bat.* Althæa flore aureo, cochleato *Volkamer. Flor. Noriberg.*

Alcea Ciſtoidea *Africana*, tricapſularis, Anonidis vernæ folio ſingulari, floſculis parvis, pentapetalis, luteis, calyce magno, inflato, villis obſito exceptis, ſummo ramulo confertim naſcentibus. Vid. *Mantiſſ. fol.* 24. *pl.* 1. Hermannia *Turnefortii*, qui quinquecapſularem facit.

Alcea olitoria, s. Corchorus longiori folio, *Sinarum.*

Alcea cibaria s. Corchorus *Maderaſpatenſis*, flore flavo oblongis, glabris, Meliſſophylli foliis, capſula Caryophylloide brevi.

Alcea

Alcea *Indica* s. Naga-pu, *H. Malab.* species altera, stæchadis serratæ foliis angustissimis è *Maderaspatan.*

Alceæ *Indicæ* affinis Herba *Malabarica*, capreolis ascendens, Bryoniæ albæ folio minore. Kudici-Valli, *Hort. Malab. part.* 8. *Tab.* 27.

ALisanus Vegetabilis *Carolinianus.* The **Sucking-Bottle.** Fortè Lychnidis species.

ALlium latifolium montanum maculatum, *Moris. Hist. C.B.P.* Allium alpinum *J. B.* Allium anguinum, *Park. Theatr.* Victorialis longa *Clus.*

ALnus (fortè) *Americana* Betulæ facie *Bobartii* D. *du Bois.* An potius Populus alba minor *Americana*, ut nobis videtur.

Alni folia arbor ex *Sinarum* Insula *Cheusan.*

Alnus montana Sorbi Torminalis foliis aliquatenùs accedens à D. *Bremen* accepta; apud D. *Sherard.* Hujus Cortex & Coni, Coriariis maximè inserviunt. *Bellonius* refert *Illyricos* Myrti foliis Coria perficere, quemadmodùm *Macedones* Rhoe, *Ægyptios* Acaciæ siliquis, *Asiæ* minoris Incolas glandium Æsculi calycibus; *Gallos* Quercûs libro, *Phryges* sylvestris Pini corticibus, *Clus Hist. lib.* 1. *cap.* 43.

ALoe *Africana* caulescens, foliis glaucis caulem amplectentibus, *H. Amst. part alt. fol.* 27. *fig.* 14.

Aloe

Aloe Minor *Margaritifera* flore viridi, *H. Amſt. part. alt. fol.* 21. *fig.* 11.

Aloe *Americana* polygona *Caſp. Commelin. Præl. Bot.* 65. *fig.* 15. De Soboliferarum cenſu videtur.

Aloe *Africana* foliis glaucis margine, & dorſi parte ſuperiore ſpinoſis, flore rubro. *Prælud. Bot.* 75. *fig.* 24.

Aloe *Africana* caulefcens; foliis glaucis breviſſimis, foliorum ſummitate internâ, & externá nonnihil ſpinoſa. *Prælud.* 73. *fig.* 22.

Aloe *Africana* glabro folio, minutiſſimis cavitatibus donato. *Prælud.* 76. *fig.* 25.

Aloe *Africana* humilis arachnoidea. *Prælud.* 78. *fig.* 27.

Aloe *Africana* humilis, folio in ſummitate triangulari rigidiſſimo, marginibus albicantibus. *Prælud. Bot.* 81. *fig.* 30.

Aloe *Africana* humilis, foliis ex albo & viridi variegatis, *Prælud.* 79. *fig.* 28.

Aloe *Guinienſis*, radice geniculatâ, foliis è viridi & atro undulatim variegatis, *Prælud. Bot.* 84. *fig.* 33. Quam etiam videſis, in *H. Amſt. part. alt. fol.* 39. *fig.* 20.

Aloe *Africana* caulefcens foliis ſpinoſis, maculis ab utraq; parte albicantibus notatis, *H. Amſt. part. alt. fol.* 9.

Aloe *Africana*, Lilii albi folio carinato, brevi.

Aloe Yuccæ foliis caulescens *Floridana*, ad oras minutissimis serris asperata, fructu eduli dulci.

Aloes *Floridana* procerior lenis, fructu Bananæ carnoso pingui, seminib. orbiculatis, osseis, atronitentibus, planis, pulpamento suavissimi saporis, Cassiæ æmulo immersis.

Aloe *Floridana* aculeata, gladiatis foliis cavis, è gremio foliorum propè terram, fructum edens edulem. An Caraguata *Brasiliana* prima, *Pison*. Edit. 1658. *fol.* 191.

ALsine holostea polygonoides spicata ; s. Scorpioides *Maderaspatana* nodosa, folio secundum caulem solitario.

Alsine Scorpioides Polygoni folio procumbens minima, *Prom. Bon. Spei.*

Alsine Anthylloides *Ind. Or.* floribus ad canlium nodos verticillatis. Chorellee *Malabarorum*.

Alsine Lotoides Dictamni Cretici facie *Maderaspatana*.

Alsine Spergula *Maderaspatana*, latiore folio, flosculis plurimis ad nodos inter folia pediculis longioribus innixis, calyculis non punctatis. Toraii *Malabarorum*.

Alsine Spergula *Ind. Or.* cauliculis pilosis, calyce spinulis aureis pro staminulis referto, ad ortum foliorum singulatim sessili.

Althea

ALthæa *Indica*, *Olbiæ* quadammodo accedens, flore magno ſulphureo. Peatietty *Malabarorum.*

Althæa *Maderaſpatana* Abutili parvo folio, flore minore. Corytuty *Malabarorum.*

Althæa *Indica* Hederæ terreſtris ferè foliis flore purpureo magno.

Althæa fruticoſa *Sinenſis*, Betonicæ folio majore.

Althæa fruticoſa *Sinenſis*, foliis parvis anguloſis, ſeminib. incanis.

Althæa *Indica* minor fruteſcens, flore parvo purpureo. Peramutty *Malabarorum.* Huic propius accedit Alcea parva fruticoſa Triſſaginis folio erecta, ex *Oris Caromandel. Mantiſſ. fol.* 6. *pl.* 1. Cujus *Icon* habetur in *Phytographia*, *Tab.* 334.

Althæa fruticoſa puſillis cordiformibus foliis, ſubtùs cœſiis, é *Maderaſpatán.* Miremanicum. *Malabarorum.* Hujus autem *Icon* ſub Rhamni falſo titulo per errorem habetur *Phytograph. Tab.* 120. *fig.* 4.

Althæa minor ſubrotundo ulmi folio *Maderaſpatana.* Warra-congee *Malabarorum.*

Althæa *Orientalis* bidens ſubrotundis foliis, floribus parvis luteis. Chittee-mootee *Malabarorum.*

Althæa

Althææ minoris ſubrotundo folio, Planta *Indica* capſularis, fructu ſummo caule, ſpica brevi, glomerato. Neer-Pilandy *Malabarorum*.

Amaranthus *Sinicus* { latifolius, ſpica habitiore candidiſſimâ.

Amaranthus albus Salviæ latioribus foliis è *Maderaſpatan*. Collar-pooe *Malabarorum*.

Amaranthus ſpicatus albus, Perſicariæ foliis *Maderaſpatanus*. Belutta-adeca-manjen, *H. Malab. part.* 10. *Tab.* 38.

Amaranthus ſpicatus anguſtis & longioribus foliis, capitulis dilutè purpuraſcentibus è *Maderaſpatan*. Tsjera-bellutttæ-addeca-manjen, *H. Malab. part.* 10. *Tab.* 39.

Amaranthus *Indicus* ſpicatus, anguſtiſſimo Lychnidis folio, floribuſq; carneis, Eryma-tundoo *Malabarorum*.

Amaranthus Parietariæ foliis *Ind. Or.* Neer-valle *Malabarorum*.

Amaranthus parvus longifolius ſpica laxâ *Ind. Or.* Toiyan *Malabarorum*.

Amaranthus parvus *Sinenſis*, Bliti minoris folio, ſpicâ laxâ vireſcente tenui. Addecomogule *Malabarorum*.

Amaranthi genus puſillum, ſubrotundis foliis *Indianum*. Coambatty-Leckary *Malabarorum*.

Amaran-

Amaranthioides major *Ind. Or.* pilosis foliis in pungentem spinulam desinentibus, flore albo globoso. Vella-waramelle *Malabarorum.*

Amaranthioides fruticosum, Eryngii capitulis purpureis, ex ejusdem coloris alaticaulis geniculis, prodeuntibus; è *Maderaspatàn.*

Amaranthioides spicatum *Indicum* ramosissimum, Spergulæ foliis, spicâ Alopecuroide incarnatâ.

AMbrosiæ (forsan) è *Chinâ* Anguriæ foliis accedenti *Almagesto* 27. similis, ex *Insula Crocodilorum.* An potius Matricariæ *Japonicæ* species *Sinica*, Keuk-hoa *Sinis* dicta.

AMygalus *Maderaspatana* Pyrifolia, fructu sericeo, ex alis foliorum sessili.

Amygdalo similis, fructus *Peruanus* fuscus, vel spadiceus, lineâ candidâ, *C. B. P.* 442. Fructus peregrinus 9^{us}. s. *Pepitas del. Peru* (i. e.) Acini *Peruviani*; *Clus. exot. lib.* 2. *cap:* 30.

ANanas sylvestris, folio Aloes, fructu Cupressino, *J. B. Almag. Bot.* 13. De hac autem videsis. Sub Palmæ affinis titulo, minùs propriè, in *Almagesto nostro*, *fol.* 277. Fortè tamèn Palmites ramis, & frondibus carentes, fructu ex stipite, Ananas non dissimili, grana plurima instar Punicæ alicujus continente, *Part* 6. *Ind. Or. cap.* 10. Arbor fructu Ananes, ex caudice emer-

gente, nucleis turgente, *C. B. P.* 511. Arbor fine foliis, s. ramis, in Infula minore *Sanctæ Mariæ*, *part.* 4. *Indiæ Orient. cap.* 6. Huc fortè fpectat Dounekai-gauhah *Cingalenfium*, *Knocci Hift. Infulæ Ceylon*, *fol.* 17. Palmitas Ananæ foliis, & fructu Nucis pineæ fpecie, ex quamplurimis lignofis tuberculis magis interftinctis, coagmentato.

ANchufa foliis longis & anguftis, limbo foliorum minutiffimis ferris afperato, caule rubello, ex Provincia *Floridanâ*. Anchufa (forte) lutea minor *Virgiana Banift. Cat.Stirp. Virgin.* Puccoon *Indi* nuncupant, & ejus radice fefe pingunt.

Anchufæ folio argenteâ hirfutie afperato. An fortè Onofma *Veteribus*, *J. B. tom.* 2. *fol.* 586. è *Mauritaniæ* montibus *Jorjoon*.

ANethum noftrati conveniens, *Maderafpatanum*. Chad-de-coupee-very *Malabarorum*.

Anethifolia Umbellifera *Ind. Or.* feminibus Carui odore aromaticis. Ex *Horto Uvedalenfi* collectam habuimus.

ANguria Cucumerina ex *Ind. Or.* vel Cucumis *Indorum* Anguriæ foliis, *Hort. Uvedal.*

Anguriæ foliis exiguis fcandens elegantiffimè divifis. Aro-navel *Malabarorum*.

Anil trifoliatum *Indicum* majus, filiquis propendentibus. Cullara-Marungy *Malabarorum*.

Anil

Anil trifoliatum *Indicum* minus, cordatis foliis. Cory-parappöe *Malabarorum*.

ANomala *Indiana*, Nepetæ foliis, stæchadis *Arabicæ* capitulis, ex sinu foliorum prodeuntibus. An Kakukurka, *H. Malab. part.* 10. *Tab.* 90. Huc fortè spectat Min-angani, *H. Malab. part.* 9. *Tab.* 72. Sideriti folio, caule piloso, capitulo globoso, flore monopetalo, quinque partito, candido, *Cammel*, *Not. in loc.*

Anomala quædam *Ind. Or.* ἀκαυλον, gemino ex radice latiore folio, floribus inter folia. An Katsjula-Kelengu, *H. Malab. part.* 11. *Tab.* 41. Planta bifoliata, radice tuberosâ, flore tripetalo difformi *Malabariens. Commel. Not. in loc.* Huic plantæ consimilis, sub nomine Contrayervæ ex Insulis *Philippinis* jam olim allata est.

Anomala *Æthiopica*, capsulâ magnâ bivalvi, seminibus alis membranaceis insignitis refertâ. Anonymos *Æthiopica*, Hyssopi subrotundis foliis ex nodulo confertis, summo ramulo lignosâ, capsulâ, magnâ, & bivalvi donatâ. *Mantiss.* 15. cujus Icon habetur in *Phytograph. Tab.* 333.

Anonis viscosa lutea, non spinosa, minor. Ex *Insulâ Pico*. Fortè Anonis viscosa lutea, non spinosa, minor *Lusitanica*, *Cat. Pl. ad Parad. Bat. append.*

ANonymos fruticosa *Lybica*, caule anguloso, alatis Coluteæ foliis, Psyllii capitulis ad foliorum alas.

Anonymos

Anonymos *Cheusanensis* Sideritidis folio, fructu Ulmi Samaris haud absimili, sed minore. Sequitur Descriptio.

Planta est flore albo, minimo, monopetalo, campaniformi, quintifido, (summitatibus reflexis) calycis ex parte; Pistillum vero surgit è floris fundo, staminibus stipatum, quod deindè abit in capsulam subrotundam, semen unicum planum & ovatum, instar seminis Sesami continentem. Aperto flore, protruditur, & adnascitur membrana rotunda, instar squamæ, per longitudinem pediculi floris transcurrens, capsulæ autem non adnascit, sed latet quasi ad membranæ centrum excavatum, flores è foliorum alis, & caulium summitatibus nascuntur, in muscariis dispositi. Folia ex adverso bina, oblonga & levitèr crenata. *Octobri* floret. D. *Cunningham.*

Anonymos *Cheusanensis*, Betonicæ folio incano, Chamæcisti flore luteo, prælongo, fructu Balsaminæ fæminæ, trifariàm ab imâ parte dehiscente.

Planta est flore luteo, rosaceo, pentapetalo, ex cujus calyce profundè quinque partito, & reflexo, prodit pistillum, staminibus luteis stipatum, quod deinde abit in siliquam teretem, & quasi nodosam, trivalvem, cum terná serie seminum, lineæ medianæ, s. placentæ adhærentium, & singulorum in suis alveolis latitantium: Folia fert Althææ mollia, & incana, inæqualitèr dentata, à basi rotundiore (pediculo brevi insistente) in acumen desinentia, semine fert triquetra. *Septembri* floret, & in bipedalem ferè assurgit altitudinem. D. *Cunningham.*

Anonymos

Anonymos Linariæ folio *Orientalis*, Gallii lutei flore, Herba capſularis, verticillata major. Hujus minoris ſpeciei pictura habetur in *Phytogr. Tab.* 136. *fig.* 2.

Anthyllis *Indica*, Tithymali fructu botryoide tricarpos, ad caulem in Verticillas poſito, ternis inæqualibus foliis: An re vera de Tithymalorum cenſu reputari poteſt.

ANtirrhinum anguſtifolium triphyllum *Cupani*, *Hort. Uvedalenſ.*

Antirrhinum minus *Cheuſanenſis*, Anchuſæ folio ſcabro, flore luteo, ad fundum ſuperius extra & intus purpuraſcente.

Antirrhino adfinis *Maderaſpatana*, capillaceo folio triphyllos, flore purpureo.

APioſcorodi facie trifoliata, punctatis foliis, Arbuſcula corymboſa, tetrapetala, ſemine tranſparenti polliculâ cincto. In *Horto Epiſcopali* apud *Fulhamiam* præterito anno floruit & ſemina complevit.

Apium *Macedonicum Luſitanum*; *Luſitanorum* Saxifragia, *Griſleii. Viridar.*

APocynum arboreum *Maderaſpatanum*, Juglandis folio, floribus Dulcamaræ cæruleis, ſiliqua longâ tereti, Nerii æmulâ. An Nelam-pala, *H. Malab. part* 9. *Tab.* 3.

Apocynum rectum *Floridanum*, Laurifolio, ſubtùs villoſo, floribus ex luteo-vireſcente, umbellatis.

Apocynum erectum *Maderaſpatanum*, ſubrotundis amplioribus foliis, Neittoraii *Malabarorum*.

Apocynum rectum μονόκλωνον, *Africanum*, latioribus & venoſis foliis, hirſuto caule, floribus albis umbellatis.

Apocynum rectum *Americanum*, Aſclepiadis folio majus umbellatum.

Apocynum erectum *Virginianum*, minus. Umbella florum candida, *Baniſt. Cat. Stirp. Virgin.*

Apocynum rectum *Floridanum*, Ranunculi flammei majoris folio, florib. umbellatis aureis.

Apocynum ſcandens *Maderaſpatanum*, Scammoneæ *Monſpeliacéæ* foliis rotundioribus, floribus albis umbellatis.

Apocynum ſcandens *Americanum*, foliis ſubrotundis, incanis, mucrone elongato, floribus ſingularibus obſoletè luteis, ex *Hort.D. Reynardſoni.*

Apocynum ſcandens *Floridanum*, Periplocæ foliis, longius ab invicem diſtantibus, floribus ochroleucis, in Umbella poſitis.

Apocynum aureum ſcandens cum claviculis, foliis oblongis, ſubrotundis, hirſutis, caule nodoſo, tortuoſo, non recto, ſed hùc & illùc undulatim inflexo, *Floridanum.*

Apocynum

Apocynum *Maderaſpatanum*, anguſtifolium, ſcandens, flore amplo gemello, Verſicolore.

Apocynum ſcandens, anguſtis Roſmarinæ foliis, è *Maderaſpatan.* Nannary-chedde *Malabarorum.* Huic multum convenit Illud, quod ex Inſulis *Canarinis*, olim nobis tranſmittebatur, & in *Almageſto* noſtro memoratur.

AQuifòlium læve non ſpinoſum, anguſtiore folio Lauri; ex *Inſula Palma.*

Aquilegiæ corniculis, Moſchatellinæ foliis, Planta puſilla; ex *Inſula Cheuſán.*

ARbor *Floridana*, Solani magni *Virginiani* folio rigidiori, ſubtus candicante.

Arbor *Floridana*, Arboris *Judæ* ſubrotundo folio, inferiùs dilutè virenti. An fortè Coapoiba *Braſilienſibus Marcgrav. fol.* 131.

Arbor *Maderaſpatana*, Arboris *Judæ* foliorum æmula. Peringotan *Malabarorum.*

Arbor *Africana*, ſubrotundo folio, margine denticulis acutis aſperato, floribus pentapetalis atropurpureis. *Almag. Bot.* 41. Cui tamen flores non ſunt atro purpurei, ſed lutei, quæ enim petala membranacea ſemèl putavimus, re verá non ſunt petala floris, ſed floſculorum plurimorum lutei coloris, ad umbonis marginem inſertorum, perianthium quinquifidum, atropurpureo coloratum;

ratum; His flosculis decidentibus, succedunt baccæ, ovali forma, quæ Umbonem elegantèr circumcingunt, sub Cautomoollee *Malabarorum* titulo, aliquandò ab *Indiâ* transmittitur. Hujus Icon habetur in *Phytograph.* nostrâ, *Tab.* 263. *fig.* 1, & 2.

Arbor *Africana*, Laurocerasi brevioribus foliis, supernè glabritie lucidis, subtus vero valdè tomentosis.

Arbor baccifera *Cheusanensis*, Fagi folio subtùs glauco, fructu singulari quadrifido, ad foliorum ortum sessili.

Arbor *Indica* Faginis foliis, floribus Quercuum capitulorum adinstàr, denso squammularum aggestu glomeratis. Collar-nucheel *Malabarorum*.

Arbor *Maderaspatana*, Mali Limoniæ folio, fructu calyculato, villis aureis obsito, & calyce elegantér dentató. Embymaum *Malabarorum*.

Arbor baccifera *Ind. Or.* Mori folio indiviso, fructu Corni oblongo. Pera-woolera *Malabarorum*.

Arbor *Maderaspatana*, Mali Cotoneæ foliis, ad alas florida, Condan-guttry *Malabarorum*.

Arbor *Indica* Laurinis foliis, subtùs argenteâ lanugine tomentosis, florum petalis reflexis ferrugineis, pilosis, staminulis purpureis, frùctu Amygdali æmulo, putamine similitér villoso. Venangomaram *Malabarorum*.

Arbor

Arbor *Indica Cheusanensis*, Salicis latiori folio, levitèr serrato, flosculis ad foliorum exortum, confertim sessilibus.

Abor *Cheusanensis*, Arbuti minoribus foliis, flosculis ad foliorum alas, curtis pediculis deorsùm tendentibus affixis.

Arbor prunifolia *Cheusanensis*, baccifera, fructu, parvo, rotundo, summis ramulis in spicam dispofito.

Arbor *Indica* Pruni sylvestris folio,Corni maris fructu longiore, cujus lignum Santalum nigrum ab *Indigenis* habetur, *Mantiss.* 26. & 167. An Anonymos 4^a. *Theophrasti* s. Arbor *Indiæ Orientalis* cui fructus similis Cornis *Theophr. lib.* 4. *cap.* 5. Orula fortè *Cingalensium Knocci*, *Hist. Ceylon.* 17. An potius Ambelos *Eorund. ejusd. fol.* 14.

Arbor *Indica Cheusanensis*, Salicis odoratæ foliis, fructu ex alis squammato calyce donato. Swa-tea *Sinensium* flore pleno, albo, rubro & variegato. Sunt variæ species *Theæ Indorum.*

Arbor baccifera *Cheusanensis*, Euonymi foliis undulatis, &punctatis, fructu rotundo, parvo, calyculato, rubro, Oxyacanthi æmulo.

Arbor *Sinensis* Canellæ folio minore, trinervi, prona parte villoso, fructu Caryophylli aromatici majoris, villis, similiter obducto, ex *Ins. Crocodilor.*

Arbor *Maderaſpatana*, foliis Symphoniæ *Plinii* ad inſtar variegatis, fructu calyce amplo, hexapetalo, ſqualidè purpureo, incumbente. Coletty-maano *Malabarorum.*

Arbor *Indica*, Betulæ folio, ſummis ramulis corymboſa, Namurramaram *Malabarorum.*

Arbor *Maderaſpatana*, Liliflora, Lauri denſioribus, cuſpidatis foliis, pentaphyllos. Elowaymaram *Malabarorum.*

Arbor *Cheuſanenſis*, Fraxini foliis ſupernè dilutè virentibus, ſubtùs lividis, ſumma ſingulari pinnâ alas claudente, cæteris multò majore.

Arbor *Indica* Glycyrrhizæ foliis ſubrotundis, floribus in prælongam ſpicam adactis. Vandymaram *Malabarorum.*

Arbor *Indica*, lato Ulmi folio lævi, pediculis longioribus inſidente, fructu corymboſo. Cautoomolamaram *Malabarorum.*

Arbor *Japonica*, Taxi folia, apicibus ſpinoſis; *Singloo Japonenſib.* dicta.

Arbor *Sinenſis* Taxi folio, apicibus obtuſis.

Arbor *Indica*, ſpinoſa, Arbori Coral haud abſimilis triphylla, foliis, tamen magis venoſis, & rachi medio ſpinifera. Mullmorucomaram *Malabarorum.*

Arbor

Arbor *Maderaspatana*, alternis Lauri foliis, fructu ferè Fragiformi, Alycurry *Malabarorum*.

Arbor *Maderaspatana*, Pyrifolia, fructu bacciformi, perianthiis membranaceis incluso. Prayamaram *Malabarorum*.

Arbor *Maderaspatana*, non aculeata, rigidioribus Fraxinellæ foliis, in spinulam abeuntibus, baccas ferens verticillatås. Cutchal-curry *Malabarorum*. Hujus species aculeata, habetur in *Phytograph. Tab.* 148. *fig.* 1.

Arbor baccifera *Ind. Or*. Sebestenæ sylvestris folio, fructu calyculato corymboso. Eramamine *Malabarorum*.

Arbor *Maderaspatana*, Juglandis nigræ folio, fructu capsulari, glandiformi, calyce dentato insidente. Embymaum *Malabarorum* in fructu, haud multùm absimile.

Arbor *Ind.* Or. Populi nigræ folio incano, molli, fructu parvo, capsulari, candido, racematim in spica congesto. Corycotan *Malabarorum*.

Arbor *Ind. Or*. Limoniæ foliis, odore Ligni Guaiaci, fructu parvo, ad foliorum alas racemoso.

Arbor *Ind. Or*. Cynophallophori folio, fructu parvo, glandiformi, calyce, membranaceo, integro, prorsùs immerso. Vandel *Malabarorum*. Ad Pereewoondel *Mantiss.* proximè accedit. Vid. *Mantiss. fol.* 26. *pl.* 3. & *Phytograph. Tab.* 335.

Arbor

Arbor *Maderaſpatana*, Guaiavæ foliis, magis acuminatis, in parte recta glabris, in adverſæ villoſis, ac in margine ferrugineâ lanugine fimbriatis. Nerry-Coraccoi *Malabarorum*. Et à quibuſdam quærebatur, An ſit Santalum rubrum?

Arbor *Maderaſpatana*, Ponnæ *Malabaricæ* foliorum æmula. Pelleddymaram *Malabarorum*.

Arbor *Maderaſpatana*, venoſis foliis ſubrotundis, ſericeis, ſatinum ipſum æmlantib. Vella-tillapa *Malabarorum*.

Arbor *Africana*, Nerii ſplendentibus foliis, floribus Eupatoriæ comoſis.

Arbor *Maderaſpatana* Periclymeni (fortè) genus ex foliorum alis trianthophoros.

Arbor *Indica*, baccifera, prælongis, anguſtis, pallidè virentibus foliis, mucronatis, margine eleganter undulatis. Adjoumaram *Malabarorum*.

Arbor baccifera, *Maderaſpatana*, Mali Citriæ foliis, nonnihil ſcabris, fructu coronato, gemello, ad ſinum foliorum, pediculis, curtis inſidente.

Arbor *Maderaſpatana*, Caſtaneæ folio, a ſummo ad medium uſq; circa margines, profundius inciſo, averſa parte, molli lanugine argentato.

Arbor Lauruſtini *Luſitanicæ* foliis, ſplendentibus, *Madederaſpatana*.

Arbor

Arbor baccifera *Maderaſpatana*, Lauri venoſo folio, fructu rotundo, atronitente, ſingulari, in foliorum alis ſeſſili.

Arbor *Maderaſpatana*, Tiliæ folio non ſerrato, longiori pediculo inſidente, ſpica florum Juliformi.

Arbor *Indica*, Salicis folliculiferæ obtuſis foliis, candicantibus, pronâ parte ſplendentibus, glabris, ſupinâ verò, lanugine villoſis. Ponanga-chedde *Malabarorum*.

Arbor *Cheuſanenſis* baccifera, Coryli folio, ſummis ramulis racemoſo.

Arbor *Sinenſium*, Laurocераſi foliis anguſtioribus, alterno ordine ſitis.

Arbor *Sinenſium* Lauri folia, *Lei-chi* (i. e.) Oculum draconis fructum ferens; & aliquando Lun-gyen *Indigenis* audit. *Michaël. Boëm. Flor. Sinenſ.* vid. *Ogilv. Chin. Tom.* 2. *fol.* 681.

Arbor *Cheuſanenſis*, Arbuti foliis ſerratis.

Arbor *Cheuſanenſis* baccifera, *Frangulæ* foliis venoſa, fructu parvo pyramidali, calyculato; oſſiculo oblongo binucleo.

Arbor *Sinenſis* ſebifera, Kieu-yeu *P. Martini*, ſ. Arbor Sebacea, *P. le Compte.* Arbor eſt flore luteo, apetalo, ex tribus plerumq; ſtaminulis compoſito, in ſummitate, cratere (cui duæ inſident apiculæ rotundæ) quaſi dona-

tis; Cujus calyx vix conſpicuus, abit in fructum, plerumq; trigonum, cum umbone tricapſularem, duobus corticibus, (exteriori graveolente, molliori, & interiori teſtaceo,) conſtantem: Capſulæ membranâ tenui ſeperantur, unaquæq; ſemen continet unicum, nigrum, lentis inſtar convexum, ex teſta, & nucleo, compoſitum, ſubſtantiâ albâ, & ſebaceâ, quaſi obductum, (ad candelas componendas inſerviens.) Folia fert inſtar Populi nigræ lata, & ventricoſa, ab baſin, & ſummitatem acuminata, pediculis longioribus; inſiſtentia, viridia, & ſæpè cupri inſtàr rubicunda, præcipuè quando decidunt; Floret *Maio*, & *Junio*, & etiam *Novembri* menſe. Arbor Kiū-tzé. Oleum ejus, Kiū-yēu vocatur, *Sinarum* linguâ. D. *Cunningham.* vid. Euonymo adfinis.

Arbor *Sinicé Pî-pá* dicta, folio Caſtaneæ haud abſimili.

Arbor eſt flore albo, roſaceo, plerumq; pentapetalo (Ulmariæ odore) ſtaminibus apicibus farinaceis, & nigricantibus, donatis; ex calyce quintifido, lanuginoſo, & fuſco, ſurgit piſtillum, quod deinde abit in fructum ſubrotundum, flavum, coronatum, fraga redolentem, pruni minoris magnitudine, nucleos continentem tres, aliquando duos, raró unicum, membrana communi, tenui, ejuſdem cum pulpâ flavi coloris, & membranâ propriâ, fuſcâ involutos; Interior nuclei ſubſtantia albâ, ſubamara: Flores in faſciculis naſcuntur, folia ferè Caſtaneæ ſimilia, infernè lanuginoſa, ex acutâ baſi oblonga, latiora, & ſerrata, verſùs ſummitatem, & in acumen deſinentia. *Novembri* floret, & fructus *Maio* matureſcit. D. *Cunningham.*

Arboris

Arboris *Pi-pæ* altera species, non serrata, foliis viridibus, scabris.

Arboris *Pi-pæ* species altera, Quercinis foliis, *Cheusanica.*

Arbor Lauri folia, floribus minimis, ex albo flavescentibus, *Insulæ Cheusan.* Hujus flores sunt odoriferi, Iridis *Florentinæ* odorem spirantes, monopetali, quadrifidi, ad foliorum alas ex theculâ cauli appressâ, fasciculatim nascentes, pediculis longioribus (undè penduli apparent) stylo brevissimo, duobus staminibus brevissimis stipato, è calyce prodeunte, qui abit in fructum. *Septembri* floret à *Sinis Quei-hòa* nuncupatur, *Martin. Atl. Sinic.* pag. 128. D. *Cunningham.*

Eadem, Arbuti foliis serratis.

Arbor conifera Macandou *Javanensium Bontii* fol. 97. Cada-pilava, *H. Malab. part.* 1. *Tab.* 52. Arbor *Indica* fructu aggregato conoide, Cada-pilava dicta, *Raii Hist.* 1442.

ARbuscula baccifera, *Sinensis*, Lauri folio, ad ortum foliorum baccâ singulari, nigrâ longo pediculo innixâ.

Arbuscula baccifera, Lauri subrótundo folio, fructu rotundo calyculato, rubro, ex *Promontorio Bonæ Spei.*

Arbuscula *Sinensis*, Viburni foliis, ex *Insulâ Cheusán.*

Arbuscula *Cheusanensis*, Phillyreæ alternis foliis, baccis Myrti coronatis. Myrtillus grandis *Cheusanensis.*

Arbus-

Arbuſcula *Cheuſanenſis*, Nerii ſplendentibus foliis, averſa parte, medio nervo plurimùm extante, virgulis purpureis. An Arbor rigidiuſculis, & ſplendentibus Salicis foliis, *Prom. Bon. Spei Mantiſſ.* 23. *pl. ult.*

Arbuſcula *Maderaſpatana*, Liguſtri foliis ex adverſo binis, fructu glandiformi, calyce magno elegantér ſerrato.

Arbuſcula *Cheuſanenſis*, Salicis pumilæ anguſtioribus foliis, hirſutie aureâ pubeſcentibus, fructu parvo, in foliaceo conceptaculo pyramidali obvoluto. An Ciſti genus?

Arbuſcula Ceraſo *Hottentottorum*, fructu ſimilis, ſed foliis longé majoribus *Prom. Bon. Spei.*

Arbuſcula *Sinenſis*, Ulmi minoris folio, fructu nigro, teſticulato, dicocco, racematim congeſto, ex *Inſ. Crocodylor.* An Kilcola-Tsjetti, *H. Malab. part.* 10. *Tab.* 57.

Arbuſcula *Malabarica*, Jaſmini *Arabici* folio, floſculis ad alas foliorum racemoſis. Velle-congee *Malabarorum*.

Arbuſcula baccifera *Sinenſis*, Lauri folio minore, fructu corymboſo, ſummo capite coronato. Tau-cudda-murram *Indigenis* dicta.

Arbuſcula *Cheuſanenſis*, Pyracanthæ majoribus foliis, margine aſperatis, ſpicas foliolorum, & ſeminum, Paſſerinæ minoris haud abludentium, ex alis emittens.

Arbuſ-

Arbuſcula Myrtifolia; *Sinenſis*, foliis levitèr crenatis, fructu calyculato, pyramidali, ex *Inſulâ Cheuſân.*

Arbuſcula *Sinenſis*, Myrti majoris folio, vaſculo ſeminali hexagono, ad ſingulos angulos, alis foliaceis munito, quæ porrectæ, Vaſculi coronam efformant; *Um-ki Sinenſibus* dicta. Hujus ſemina *Tinctoribus* inſerviunt, iis enim àb *Indigenis* optimé tingitur, nobilis ille color, quem *Eſcarlatinum Noſtrates* vocant, ut nos monuit vir multiplicis Induſtriæ, atque indefeſſi laboris hâc in parte, D. *Jacôbus Cunninghamus.*

Arbuſcula baccifera Myrtifolia, in ramulorum cymis fructu racemoſo, cæruleo; Cariwaopulle *Malabarorum. Almag. Bot. Mantiſſ. fol.* 25. An forté Myrtus, cujus baccæ apud *Antiquos*, antequam Piper reperiretur, ejus vicem obtinebant. *Plin. lib.* 15. *cap.* 29. & Piperella dici mereatur, &c. *Vid in Mantiſſ. ibid.*

Arbuſcula *Indica*, Acaciæ *Robini* foliis, Cortuſæ *Americanæ* ſpicatæ floribus, ſqualidè purpureis. Thory-dum-booty *Malabarorum.*

Arbuſcula Tiliæ folio trifoliata, Aurantiæ fructu, *Maderaſpatana.* Movenam-comboo *Malabarorum.* An hæc ſit Nirvala *H. Malab. part.* 5.

Arbuſcula *Ind. Or.* fructu nuclei Ceraſini forma, & magnitudine, pulvinato putamine tecto. Hujus fructus haud majores Ceraſi oſſiculis, oblongo-rotundi, compreſſiuſculi, putamine carnoſo, molli ac pulvinato, contecti,

Amygdalæ in modum, quod, fructibus, in maturitatem tendentibus, in utroq; latere dehiſcit ſeq; aperit, ac nucleum relinquit candidum, oſſeum, & compactum.

Arbuſcula *Sinarum*, folliculifera, Hyperici fruteſcentis foliis, folliculis longis, plurimis iſthmis donata.

Arbuſcula *Maderaſpatana*, Ulmi folia, Palam-chedde *Malabarorum.*

Arbuſcula *Maderaſpatana*, Pyri folia, floribus comoſis.

Arbuſcula *Maderaſpatana*, oblongis, & mucronatis foliis, ſingularibus, floribus tetrapetalis, ex purpuro-flavicantibus, ad ortum foliorum prodeuntibus. Coory-tugree *Malabarorum.*

Arbuſcula *Floridana*, floribus Coral Arboris æmula, hirſutis, ex ſquammis foliaceis, ſummo ramulo irrumpentibus. An fortè Ciſti *Virginiani* flore & odore Periclymeni, ſpecies altera inodora.

Arbuſcula baccifera, Guiavæ foliis, *Maderaſpatana.* Nanja roopa *Malabarorum.*

Arbuſcula baccifera, *Maderaſpatana*, mali Cydoniæ folio, fructu ad alas foliorum, calyce ampliori prædito. Condan-Guttree *Malabarorum.*

Arbuſcula baccifera *Ind. Or.* Jaſmini *Arabici* foliis, fructu in ſpicam adacto; Malcotymaram *Malabarorum.*

Arbuſcula baccifera *Maderaſpatana*, Rhoidis folio triphylla & tetraphylla, floribus parvis racemoſis, Woodgamaram *Malabarorum*.

Arbuſcula baccifera *Maderaſpatana*, Piſtachiæ *Virginianæ* ſylveſtris, latioribus foliis, ternis, quiniſvè in cuſpidem ſubitò contractis.

Arbuſcula baccifera *Maderaſpatana*, Ilicis ſuberiferæ ſplendente folio, fructu cum calyce parvo, ex alis foliorum proveniente, Veramarram *Malabarorum*.

Arbuſcula baccifera *Maderaſpatana*, inferioribus ſubrotundis, majoribus foliis, ſuperioribus, Myrti Laureæ acuminatis, punctis ferè inconſpicuis, floribus ex alis foliorum racemoſis. Velle-congee *Malabarorum* Fortè Coru genus non ſpinoſum, fructu parvo aggregatò.

Arbuſcula ſpinoſa Citri coriaceo folio; texturâ craſſâ, denſâ, ſolidâ fructu parvo, odore aromatico. Peringgorunde-cheddy *Malabarorum*. Et aliquando Corindamaram. An Coru genus ſpinoſum.

Arbuſcula Pyri folia *Ind. Or.* Elæagni fructu juliformi, plurimis ſimùl ex alis foliorum ad caulem ſurrectis & ſpiralitèr convolutis. Killepymaram *Malabarorum*.

Arbuſcula trifolia, & quinque folia *Ind. Or.* ſiliquâ Epiglottidi ſimili, unicum ſemen continente. An Curigi-Taly. *H. Malab. part.* 7. *Tab.* 26.

Arbuſcula

Arbuſcula *Maderaſpatana*, Coluteæ foliis, Saururi fructù, ſpicata; An forte Entada, *H. Malab. part.* 9. *Tab.* 77.

Arbuſcula *Maderaſpatana*, Salicis anguſtiori folio, non ſerrato, puncticulis vix conſpicuis notato.

Eadem folio latiore, & breviore.

Arbuſcula *Maderaſpatana*, Salicis paluſtris longiſſimo folio, ſubtùs candicante, floribus longiùs ſpicatis, ex foliorum alis enaſcentibus.

Arbuſcula *Maderaſpatana*, Populi nigræ foliis pallidioribus, floribus comoſis.

Arbuſcula corymboſa, Populi nigræ folio, ſpinis brevibus recurvis, ad ſtipites imbuta. è *Maderaſpatan.*

Arbuſcula *Cheuſanenſis*, Aceris *Monſpeſſulani* folio, ſubtùs rore cæruleo tincto, longo pediculo inſidente.

Arbuſcula *Sinenſis*, Ciſti minoris folio rigidiorê, flores candicantes in quinque vel ſex lacinias, longas, anguſtas, ad umbilicum uſq; diviſos binatim plerumq; ferens, fructu ovato, parvo, bivalvi, villoſo, glandis ad inſtàr calyculato.

Frutex eſt flore albente, ex quinque plerumq; vel ſex petalis, ſeu laciniis anguſtis longioribus, cum marginibus paralelis compoſito, & calyce quadrifido, abeunte in fructum ſiccum, ovatum, hirſutum, fuſcum, unicap-

unicapsularem, qui bifariam dehiscens, in apice ostendit semen nigrum, splendens, ovatum, hilo albo notatum: Calycis summitates divisæ, post flores etiam decidunt, undè fructus apparet instar glandis seminudæ. Folia fert parva, subrotunda, in brevius acumen desinentia, duriora, & alternatim posita. *Octobri*, *Novembri*, & *Decembri* floret. Flores in summitate ramulorum, plerùmq; bini, vel terni; Ad quatuor, aut quinque pedum altitudinem, assurgit, D. *Cunningham*. Aliquando tamèn fructum quidèm fert unicapsularem, qui bifariam dehiscens, in apice ostendit (non semen unicum, nigrum, splendens, ovatum, hilo albo notatum, sed bina semina ovata, albente materia obvoluta, in totidem alveolis inclusa. Hujus ramulum fructu ornatum, cum multis aliis rarioribus, ex *Sinarum* Insula *Cheusanensi*, transmisit nobis, D. *Jacobus Cunninghamus*, in *Amaltheo* nostro sæpè nominandus; Vir eruditione in re *Medicâ*, Chirurgorum nulli secundus, & in hujusmodi raris, *viz.* Plantis exoticis Indagandis, sagacissimus.

Arbuscula baccifera, spinosa, Persicariæ foliis, densis, triphylla, Lentisci-modo rachi medio alata, fructu parvo, monopyrene, aromatico, Wha-tchaw *Sinensibus* dicta.

Arbuscula Pyrifolia, serrata, cortice querno, ex Insula *Cheusán*

Arbuscula *Sinensis*, Alaterni foliis & facie, ex Insula *Cheusán*.

Arbuſcula *Sinica*, baccifera, folio parvo, ſubrotundo, ſolidiori, Garyophylli aromatici fructu, rotundo, monopyrene, & inſipido.

Arbuſcula *Sinica*, foliis argutè denticulatis, & incanis, Verbaſci nigri Salvifolii æmulis, floſculis numeroſis, ex foliorum alis.

Arbuſcula *Cheuſanenſis*, Laurinis pallidioribus foliis, ad ſummum ramulorum, in ſpicis plurimis erectis, Julorum ad inſtàr, floſculos ferens.

Arbuſcula *Sinenſis*, Convolvulaceus, Staphylodendri *Æthiopici* folio, lucido, bijugo, margine piloſo.

Arbuſcula *Sinica*, Cynogloſſi foliis, incanis, quiddam in ramorum faſtigio, foliolis ſericeis, confertim ſtipatis, compactile, Roſæ, æmulum, pro floribus ferens. Planta foliis Cynogloſſi, floribus ſericeis, in capitula congeſtis. D. *Cunninghami*. In Hortis *Bonziorum* colitur, & *Sinicè Ki-héang* nuncupatur.

Arbuſcula *Cheuſanenſis*, folio Lauri pallidiore, ſubtùs magis venoſo.

Arbuſcula *Sinarum*, alternis minorib. foliis, non punctatis, floribus Aurantiæ.

Arbuſcula *Sinarum*, baccifera, Salicis odoratæ foliis, glabris, levitèr crenatis, & lætè virentibus, fructu rotundo, monopyreno.

Arbuſcula

Arbuſcula *Sinarum*, alternis foliis, Arbuti, ſaturatè virentibus, & argutè denticulatis.

Arbuſcula *Sinica*, Rhamni cathartici ferè foliis non ſerratis, fructu albo parvo, bivalvi, in calyce villoſo pené immerſo, ad foliorum ortus, cum pediculis egrediente.

Arbuſcula Prunifolia *Sinenſis*, floribus parvis, pentapetalis, albis, ſummis ramulis racemoſis.

Arbuſcula baccifera, *Sinenſis*, foliis Lauri alternatim ſitis, fructu nigro, molli, polypyreno, ex alis binatim cum pediculis exeunte.

Arbuſcula *Sinenſis*, Alaterni alternis, brevioribus foliis, magis mucronatis, floribus pentapetalis albis, Oxyacanthi æmulis, in ramulorum faſtigiis.

Arbuſcula *Sinenſis*, Alaterni alternis, longioribus foliis, fructu Myrti ſolitario inter ramulos ſparſo.

Arbuſcula *Sinica*, Anonæ dulcis folio, minore, non ſplendente, fructu ex foliorum alis compreſſo, parvo, orbiculari, ſtriato, duro .

Frutex eſt flore ſtamineo, minimo, calyce multifido, vaſculo ſeminali multicapſulari, compreſſo, (inſtar ſeminis Malvæ) plurima ſemina rubra, in bina ſerie, per circumferentiam includente ; Folia alternatim, breviſſimis pediculis cauli adhærent, & ſinguli flores è foli-

è foliorum alis cum brevibus pediculis egrediuntur; Natali cœlo. *Septembri* floret. D. *Cunningham.*

Arbuſcula *Cheuſanenſis*, Salicis capraria folio rigidiore.

Suffrutex flore cæruleo, infundibuli-formi, quadrifido, foliis ad baſin, & ſummitatem acuminatis, ſupernâ parte viridi, infernâ, albo vireſcente, brevibus pediculis inſidentibus, inordinatè poſitis, cortice eſt tenaci, *Auguſto* floret. D. *Cunningham.*

Arbuſcula *Sinarum*, Carpini foliis, fructu rubro, baccam mentiente.

Frutex cujus flos, componitur ex quinque petalis, exterioribus, ſubviridibus, veluti adhærentibus, & quinque interioribus, ex luteo obſcuris, ex cujus calyce, parùm quintifido, ſurgit piſtillum, quod deindè abit in fructum rubrum, baccæ inſtar rotundum; Folia fert lanceolata, nervis bijugis, rectis, conſpicuis, abſq; diviſionibus, à medio nervo, in folii latera protenſis. Flores naſcuntur in Muſcariis, *Octobri floret*, D. *Cunningham.*

ARiſtolochia Clematitis, Aſari ferè foliis, *Tituanica.*

Ariſtolochia *Maderaſpatana* Sonchi foliis integris, Ari in modum auriculatis, Neer-Covy *Malabareis.* An Karivivalli, *H. Malab. part.* 8. *Tab.* 26.

Ariſtolochia

Ariſtolochia clematitis *Indica*, flore albicante, fructu majori, *Commelin. Notis in H. Malab.* Careloe-vegon, *H. Malab. part.* 8. *tab.* 25.

Ariſtolochia clematitis, longo & anguſto folio, flore candicante, Chera ver-cuddee à *Sinenſibus* dicta.

Ariſtolochia Clematitis *Sinica*, floribus ex ſinu foliorum, ad medium petiolum foliolo ſubrotundo auriculatis, Arenau-polla *Indigenis* audit.

Ariſtolochia Clematitis minor, foliis minutiſſimè crenatis, ad imum petioli auriculatis, Ardana-polla *Malabarorum.* Idem ferè nomen ſubſtituitur Ariſtolochiæ ex eodem loco in *Mantiſſa* noſtra memoratæ. *fol.* 27. *pl.* 5. ſed ab hàc plurimùm diverſa.

Artemiſia leptophyllos *Sinarum*, ex Inſula *Crocodilorum.*

ARum *Æthiopicum* flore albo odorato, *H. Amſt.* cum figurâ; Arum *Æthiopicum*, flore albo odorato, Moſchum olente. *Hort. Leyd.*

Arum cauleſcens Rumicis agreſtis foliis, ſibi invicèm implicitis, *Virginianum. Almag. Bot.* 50. Dracunculus major *Matthioli. Matthiolus* vero cum *Dioſcoridis* vulgatam lectionem ſequeretur, quâ, duo diverſa capita, de Dracontio majori, & minori, inſcripta erant, figuram quoquè urtiuſque edidit. *Jo. Ant. Saracenus* in eundem *Dioſcoridem* Commentator, caput hoc poſterius, è contextu ſuſtulit, & inter ſpuria rejecit, ita ut Dracunculus vul-

go notus, major eidem existimetur, minor autem, si quis sit, ipsum Arum censeatur. Certè *Matthiolus* (inquit) *Geo. Hieronym. Velschius de Veræ Medinens.* 28. Herbariorum omnium reprehensionem incurrit, quod Dracunculum suum majorem, ex Ingenio tantùm adposuisset, nunquam in rerum natura deprehensum; Quod eruditione non minùs quàm stemmate & virtutibus Celsissimus, Princeps *Federicus Cœesius*, *Tab. Phytosoph.* 15. oppertunè advertit, Illius autem verba sunt, Cum autem probé recognita fuit planta, suo non absque laude restituenda erit loco, indeq; legenda; ut Faba *Ægyptia*, si cui fortè contigerit eam vidisse: vel Dracunculus major, cujus gratiâ malè audire solet *Matthiolus*. Et *Guilandinus* in *Synonymis Mss.* acrius insectatus, Delirasse aiebat, quod Eruditis obtrudi posse speraverit. Item *Marcellus Vergilius* facilè sibi persuaderet duobus capitibus, unum Dracunculum, à *Dioscoride* describi: nec duplex genus, sed duplicem ejus historiam esse: Hujus (inquit) Dracunculi (nempé vulgo noti, sive polyphylli, majoris, eidem) oculati testes nos sumus; Minoris vero (modo alius à majore sit) nec nos aliis sumus, nec nobis alii testes fuerunt, relinquimusq; Minoris hujus quærendam, & inveniendam diligentioribus plantam. In quo non pigebit iterùm monere omnes, non adeò veterum Historiis deferre, ut res ipsas vidisse, & observasse, utiliùs fore sibi non existiment: Vid. *Oth. Brunfels. Tom.* 1. 66. Quantum cunque igitur reprehensióne dignus fuit *Matthiolus*, qui nonnullas fortè delineari jussit, ex proprio marte, ad *Dioscoridis* descriptionem, accomodatas; Hoc tamen in loco à nobis excusari mereatur, cum in Septentrionalibus *Americæ* regionibus, extat Dracunculus idem; &

Josselinus

Josselinus noster in *Nov' Angliæ Razioribus*, 44. de hac ipsissimâ planta loqui videtur, ubi scribit, Dracontium spontè nasci, cujus folia ab omnibus speciebus *Europæis* longè diversa, & in pag. 71. hujus pictura minus quidem felicitèr depicta exhibetur, ubi etiam satis imperitè describitur. Idem fort è sit cum Aro illo, quod *Plinius* recenset, *lib.* 19. *cap.* 5. & appellari potest. Arum foliis Lapathi, radice Scillæ amplitudine. Ait enim (de Bulbis loquens) Est inter genera quod in *Ægypto*, Aron vocant, Scillæ proximum amplitudine, foliis Lapathi, caule recto, duûm cubitorum, baculi crassitudine, radice mollioris naturæ; quæ edatur & cruda.

Arum *Mauritanicum* s. Arisarum Ari majoris folio sagittato, auriculis longis mucronatis.

Arum humile Arisarum dictum, minus *Floridanum*, Acetosæ foliis saturaté virentibus.

Arum s. Arisarum minus *Marianum*, flore, & pene, ex pallido-virescente.

Arundo *Maderaspatana*, panicula maximè sparsâ, Nain-Canne, *H. Malab. part.* 12. *Tab.* 73.

Arundo Vallatoria minor, *Indica*, spicâ tenui, plumâ seminum candidissimâ.

Arundo *Rottan* dicta, ex cujus viminibus, sedilia conficiunt *Indigenæ*, atq; Nostrates. *Perumboo Malabarorum.*

Arundo *Japonica*, flava, internodiis brevissimis, surculis nodos stellatim cingentibus, *Raii Hist.*

Arundo nucifera spinosa, foliis plurimis, circà caulem ambientibus, fructu nigricante. Katu-tsjurel, *H. Malab. part.* 12. *tab.* 65.

ASarinæ foliis & flore, capsulâ bivalvi lignosâ, è *Maderaspatán.* Nella-Mullee *Malabarorum.*

Asparagus *Africanus* spinosus, crassioribus Lariceis foliis, Vesicæ inflatæ adinstàr, translucentibus bulbis.

Asparagus *Africanus* tenuifolius, Viminalibus virgis, foliis Laricis ad instàr ex uno puncto numerosis, stellatim dispositis.

Asphodelus elatior *Floridanus*, gramineis foliis, floribus parvis ex herbaceo-pallescentibus.

Asphodelo affinis *Floridana*, ramoso caule, floribus Ornithogali obsoletis.

Asphodelo affinis *Africana*, non ramosa, floribus luteis, cepaceis foliis, succulentâ mucagine farctis. Aloe falsò dicta.

ASter *Cheusanensis*, Tripolii nostratis æmulus, & fortè idem.

Aster purpureus elatior *Floridanus*, gramineis foliis argenteo-sericeis.

After

Aſter *Africanus* fruteſcens, foliis Senecionis craſſioribus, *H. Amſt. part. alt. fol.* 61.

Aſter cæruleus *Cheuſanenſis*, foliis ſubrotundis impenſé ſcabris.

Aſter cujus diſcus ex floſculis luteis, multifidis, (ſtamine bicorni præditis) & corona ex ſemifloſculis cæruleis componitur, & calyx ſquamoſus, & ſemina pappis inſtructa; Folia fert ſubrotunda, & oblonga rigida, & villis aſpera, alternatim poſita; & flores ex foliorum alis ſolitarios; *Octobri* floret. D. *Cunningham.*

Aſter *Cheuſanenſis*, Virgæ aureæ Scabris foliis, floribus cæruleis.

Planta flore radiato, cujus diſcus ex floſculis plurimis flaviſcentib. corona vero ex ſemi floſculis cæruleis componitur, embryonibus inſidentibus: Embryones autem indé abeunt in ſemina teretia, minuta, pappis inſtructa, & calyce ſquamoſo comprehenſa; Folia alternatim brevibus pediculis naſcuntur, oblonga, acuminata, rigida & parùm aſpera, crenis raris notata. Flores inſident cauliculis foliolis donatis, è foliorum alis propé ſummitatem egredientibus. *Octobri* floret, bipedalem aſſurgens altitudinem. D. *Cunningham.*

Idem floribus albis.

Aſter *Floridanus*, Ptarmicæ capitulis, Dentillariæ *Rondeletii* folio, floribus cæruleis.

Aſter *Floridanus* ramoſior, nervoſis foliis, Ptarmicæ capitulis, cæruleus.

Aſter parvus *Africanus*, Scabioſæ Ovillæ hirſutis foliis, flore unico cæruleſcente.

Aſter *Cheuſanenſis*, Virgæ aureæ alternis foliis, ſummo caule flore parvo ſingulari.

Aſter *Orientalis*, folio oblongo, ad oras crenulis minutiſſimis aſperato, floribus albis.

Aſter *Floridanus*, Bellidis Umbelliferæ foliis piloſis, amplioribus floribus, inſignitus.

Aſter luteus *Floridanus*, Virgæ aureæ *Americanæ* foliis, ſummo caule brachiato,

Aſter luteus *Cheuſanenſis*, Salignis foliis incanis.

Aſter *Cheuſanenſis* luteus, Lyſimachiæ ſiliquoſæ foliis, inferne villoſis.

Aſter,s. Planta flore luteo radiato, cujus diſcus ex plurimis floſculis luteis multifidis, corona quoque ex ſemifloſculis luteis componitur; embryonibus inſidentibus, & calyce ſquamoſo (ſquamis longioribus) comprehenſis: Embryones autem deindé abeunt in ſemina pappis

pis instructa; Ex flosculis provenit stamen longius bicorne, Folia fert alternatim posita, oblonga, & acuminata, superné pallidé viridia, infernè incana, & villosa; *Septembri* & *Octobri* floret. D. *Cunningham.*

After *Floridanus* aureus, caule alato, summa parte brachiato, petalorum apicibus profundè crenatis. An hæc forsan sit Tlaloceloxochitl. *Nov. Hispaniæ Hernand.* apud *Recc.*

After luteus *Cheusanensis*, Bliti majoris folio, paucioribus floribus, summo caule brachiato.

After *Maderaspatanus*, foliis denticulatis lanceatis, summo caule flore parvo, singulari, luteo.

After *Cheusanensis* luteus, Botryos folio, plurimis floribus, summo caule brachiato.

After *Canadensis*, Bardanæ majoris serrato folio, floribus parvis, in fastigio ramulorum coronatus.

Astragalus alpinus conophoros, s. Alopecuroides, *Schol. Bot. Turnefort.* & *Institut.* 416.

AUriculæ Ursi affinis (Androsace dicta) *Sinensis*, Saxifragæ aureæ foliis, pediculis longis insidentibus.

Balaustii

B.

BAlaustii foliis bijugis, ad genicula spinulis parvis barbata, Frutex *Maderaspatanus.*

Balsamina lutea *Virginiana* major &c. *Almag. Bot.* 63. *pl.* 2. à *Nov'anglicanis* colonis, The Humming-Bird-Plant nuncupatur; Icon exhibetur apud *Rariora. Nov'angl. Jo. Josselin. pag.* 73.

Barba *Jovis Indiæ Orientalis,* foliis conjugatis, subtùs incanis, *Turneforti. Institut.* 651. In *Hort. Episcopali* apud *Fulhamiam* colitur.

BEllis montana major, Chrysanthemi vulgaris folio, splendente, pingui, *Hort. Comptoniani.*

Bellis montana major foliis Saturaté virentibus profundè incisis, flore minore, *ejusd. Horti.* An Leucanthemum Alpinum, foliis profundè incisis, *Turnefort. Inst.* 493.

Bellis umbellifera *Americana,* floribus amænè cæruleis, ex *Hort. Badmingtoniano.*

Bellis minor umbellifera, Gnaphalii lanosis foliis *Floridana.*

Bellis *Americana,* Auriculæ ursi foliis crassis *Badmingtoniana.* D. *Sherard.*

Bellis

Bellis *Africana* major, surrectis rigidioribus Agerati foliis, floribus parvis, ferè umbellatis.

BLitum minimum nodosum, *Ind. Or.* Cherukera *Malabarorum.*

Blitum odoratum lignosum, s. Arborescens *Americanum.* Botrys fruticosa *Americana*, *Park. Theatr.*

Blitum Kali dictum *Sinense* maritimum, album, vermiculatis & crispatis comis. Chamæpitys maritima. D. *Cunningham.* ex Insula *Cheusan.*

BRassica sylvestris, Telephii *Hispanici* foliis, floribus amplis cæruleis, radice perenni. Brassica sylvestris, Fabariæ foliis *Bocconi de Plantis Sicul. pag.* 49. cùm *Icone.* Non differt à Brassica secunda sylvestri *Clusio*, nisi radice (inquit *Bocconus*) quæ in nostrâ perennis est.

Brunella *Mauritanica*, Hyssopi longiore folio, capitulis tomentosis.

BRyonia alba baccis nigris, *C.B.P.* 297. Vitis s. Bryonia baccis nigris, *J.B.* Bryonia alba vulgaris, fructu nigro, *Volkamer. Flor. Noriberg.* circá *Cantabrigiam* nostram, haùd infrequens oritur.

Bryonia *Africana*, tenuissimè laciniatis foliis, radicè rapaceâ nigricante. Bryonia *Africana* glabra, foliis profundè sectis tenuioribus, *Parad. Batav.* cum *Icone. pag.* 108.

Bryoniæ (fortè) ſpecies, aut Cucumis *Maderaſpatana*, foliis multiſciſſis, Cal-covy *Malabarorum.*

Bryoniæ nigræ s. racemoſæ vulgaris Planta ſimilis, ex *India Orient.* Cheendil-curry *Malabarorum.*

Bryoniæ nigræ ſimilis *Maderaſpatana*, foliis rigidioribus, ſpicatis floribus atropurpureis.

Bryoniæ nigræ ſimilis *Floridana*, muſcoſis floribus Quernis, foliis ſubtus lanugine villoſis, medio nervo in ſpinulam abeunte.

BUcanephyllon *Americanum*, Limonio congener dictum. *Almag. Bot. fol.* 71. *pl. ult.* Hujus folia in terram procumbunt; Icon habetur ſatis infelicitèr exculpta apud *Nov'angl. Rariora Jo. Joſſelin. pag.* 54. *Sarracena Canadenſis* foliis cavis & auritis, *Turnefort. Inſt.* 657.

Bucanephyllon elatius *Virginianum Almag. Bot. fol.* 72. *pl.* 1. cujus Icon exhibetur in *Phytograph. Tab.* 152. *fig.* 3. exactior autem in *Amaltheo.* Hujus folia eriguntur.

BUgloſſum *Maderaſpatanum*, Coida-humbee *Malabarorum.*

Bugloſſo ſimile *Bengalenſe*, anguſtioribus foliis. An fortè Bugloſſo ſimilis Planta *Indica*; *J. B. tom.* 3. *lib.* 34. 631. Naſcitur apud *Gangem* fluvium, Planta hæc Bugloſſo conſimilis, quam conterentes, ſuccum ipſius ſervant, & profundâ nocte latibula Tigridum circumfundunt; ipſæ

ipſæ vero propter facultatem effuſæ viriditatis, cum progredi non poſſint, moriuntur, ſicuti memorat *Plutarchus* (non *Chæronenſis* ille) ex opinione *Calliſthenis* in *lib.* 3. *Venationum.*

Bugloſſum parvum *Tituanenſe* Elatines fæminæ foliis hirſutie aſperis, ad ſummum caulem flore unico cæruleſcente.

BUlbocaſtano ſimilis planta *Indiæ Orientalis*, *Hort. Uvedal.* Hujus ſemen à D. D. *Sherardo*, fuit communicatum. An Cuminum ſemine longo.

BUpleurum *Luſitanicum*, gramineo longiori, & rigidiſſimo folio, *Inſtit.* 310.

Bupleurum *Tituanicum*, radice Vetonicæ minimæ denſiſſimo foliorum ſtipatu, obvallatâ.

C.

CAlamintha montana, longiori folio glabra, è *Maderaſpatân.* Cauto-tullaſhy *Malabarorum.*

Calamintha *Sinenſis*, Ocymi folio, & odore Siſymbrii.

Calamintha montana *Cheuſanenſis*, Origani folio, odore Pulegii.

Calamintha *Mariana*, calyculis lanatis, cum folliculis, ſ. Calamintha *Americana* Halicacabos.

Calamintha *Lybica* Camphorata, foliis incanis.

Calamintha *Cheuſanenſis*, Pulegii odore, dentatis foliis, floribus dilutè cæruleis, ex longo, ramoſo, & brachiato caule prodeuntibus. An Calamintha montana præalta, *Boccon. Muſ. part.* 2. *pag.* 45. Calamintha præalta Pulegii odore; *Ejuſd. Tab.* 40. Calaminthæ præaltæ Pulegii odore altera *Icon*, ex *Sabaudia. Ejuſd. Tab.* 38.

Calendula maritima, lanuginoſa, fortè Caltha maritima *Luſitanica*, lanuginoſa, *Turnefort. Inſt.* 499.

Calendula ſylveſtris, elatior. *Hiſpanica.* An Caltha ſylveſtris *Luſitanica. Turnefort. Inſt. ibidem.*

Calendula ſativa, flore pleno ſaturatè croceo.

Campa-

CAmpanula *Sinica*, Ocymi majoris folio, flosculis ad summitatem perexiguis.

Campanula *Africana*, annua, glabra, serrato folio, flore pallido. *H. Amst. part. alt.* 7

Campanula *Africana*, hirsuta, parvo angustoq; folio, flore pallidè violaceo. *H. Amst. part. alt.* 73.

Campanula parva, Satureiæ foliis, flore purpurascente, *Maderaspatana.* Vaucaupundooe *Malabarorum.*

Campanula *Maderaspatana*, Pulegii foliis hirsutis, flore cæruleo parvo.

Campanula. s. Speculum Veneris longifolium, è *Siciliâ*, *Hort. du Boisiani.*

Campanula, s. Speculum Veneris *Thracicum*, flore amplissimo, D. *Covel. Raii Cat. Stirp. Orient. pag.* 19.

Campanula pentagonia, perfoliata, minor, ex *Floridâ.*

Campanula minima *Maderaspatana*, Alsines Holosteæ minoris folio, flore parvo violaceo. Est Rapunculi (fortè) genus.

CAnnabis sterilis, s. fæmina nostras è regione *Sinarum.* Kalensgi-Cansjava. *H. Malab. part.* 10. *tab.* 60.

CApparis (fortè) Frutex, duplicatis spinis, brevibus, recurvis, atronitentibus, è *Maderaspatán.*

CArdiaca perennis *Africana*, frutescens, Nepetæ foliis, flore phœniceo minore. Leonuros *Hysiquanensis* frutescens, Nepetæ folio, *Cat. Plant.* ad calcem *Parad. Bat.*

Cardiaca angustiori folio *Sinica*, flore cærulescente, & purpurascente.

Cardiaca *Sinensis*, Ballote foliis, ex Insula *Crocodilorum.*

Cardiaca *Sabaudica*, Grossulariæ folio, longis aculeis donata galeâ florum lanuginosâ. Invenit D. *Sherard* in Montibus *Sabaudiæ.*

CArduus lanceatus angustifolius, *C. B. prodr.* ex *Siciliâ.*

Carduus tomentosus, s. Acanthium, ex *Aleppo*, alato caule, flore magno cæruleo, Cinaræ instar. *Hort. Med. Edinburg. pag.* 4.

Carduus *Siculus* elatior, Acanthi foliis, capitulis tomentosis, summo caule glomeratis, *Hort. du Boisian.*

Carduus palustris major, altissimus, *H. du Boisiani.* An Cirsium *Pyrenaicum* altissimum, *Turneforti. Instit.* 448.

Carduo-Cirsium exoticum, foliis splendentibus glabris, capite magno singulari, *Hort. Uvedalens.*

Carduo-

Carduo-Cirsium *Sinarum*, foliis magis spinosis, capitulo singulari.

Carduus *Floridanus*, angusto Salicis folio, mitioribus spinis, subtus incano, capitulis Cirsii. An forté Carduus Jacæoides purpureus, foliis subtùs incanis, capite viscoso. *Banist. Cat. Stirp. Virg.*

Carlina purpurea, Carduncelli foliis, capitulo rotundo, Calcitrapæ in modum aculeato, ex Insulâ *Cypriorum*. An Carduus Eryngioides, capite spinoso, *Prosp. Alpin. pl. exot.* 158.

Carlina Chrysanthemos, foliis subtùs argenteâ lanugine villosis, capitulis, parvis, in umbellam sitis. *Hort. Comptoniani.* An fortè Acarna montana, umbellata, lutea, *Schol. Bot.* 218.

Carlina *Mauritanica*, caule ramoso capitulis parvis luteis, spinis aureis echinatis.

Carlina *Fessanensis*, floribus intùs aureis, extùs venustè purpureis ad caulium nodos spicatìm enascentibus.

Eadem pusilla species, flore unico versicolore, ex *Fessei* regni montibus *Jorjoon.*

Carotæ effigie, s. Pastinaca tenuifolia, é *Maderaspatân.*

Carpini foliis Exotica profundiùs dentata, virgulis tenuissimis, ex *Horto Comptoniano.*

Carpi-

Carpini anguſtioribus elegantèr venoſis foliis, Planta convolvulacea, ex *Provinciâ Caroliniensi.*

Caryophyllata alpina quinquefolia, *C. B. P.* 322. Caryophyllata alpina pentaphyllæa, *Lob. Adverſar.* cum *Icone.*

Caryophyllata *Floridana*, flore luteo imis foliis perpetuò trifariam diviſis.

CAſſia Cinamomeæ Myrrhæ odore *Phytograph.* ſimilis, ex Inſulâ *Cheuſán.*

Caſſia ſylveſtris *Maderaſptaana*, pinnis, elegantèr venoſis pediculis brevibus atropurpureis innixis, flore luteo, fructu fiſtulari.

Caſſia Fiſtulæ *Indica*, flore carneo, Cl. *Sebaſtiani Jagerii Breyn. Prodr.* 2. 26. Hujus ſemina cum orbiculis fungoſis ſtudioſè aſſervantur apud Collectaneas *Orientales* in noſtro *Farithecio.*

Caſſiæ Fiſtulæ *Jamaicenſi* ſimilis, Tamarindi ovatis foliis, denſioribus, glabris, & alternatim ſitis, é *Maderaſpatán.*

Caſſine altera *Floridana*, folio Alaterni *Hyſicanenſis* æmulo, ex *Horto* D. *Darby.* Vid. *Almag. Bot.* 55. *pl.* 7. de Uſu. Incolæ Provinciæ *Carolinæ* dictæ in *Floridâ*, è foliis hujus Arboris potum Theæ ſimilem, & viribus ferè parem, conficere dicuntur.

Caſtanea

Caſtanea folio multifido nana, Saamounæ foliis, *Americana.* Idem fortè eſt, quod nos aliquandò habuimus pro ipſiſſimâ Saamounâ.

CEntaurium medium, s. Serratula *Floridana*, foliis vix ſerratis.

Centaurium medium, s. Serratula Mentaſtri folio, *Æthiopica.*

Centaurium minus, Vulgari ſimilis, ex Inſula *Sinarum.* Ukui-ſan. Menſe *Junio* collectum.

Centaurium minus Aſcyroidis folio alterno, Trapezii formâ tranſparenti, ex Inſulâ *Cheuſan.* Huic Folia ad caulem non ſunt bina, & bina, ſed alterno ordine ſita.

Centaurium minus, Strychnodendri foliis, floribus purpureis, ex Lini quaſi capitulis, ſummo caule irrumpentibus. Narry-cum-batty *Malabarorum.* A Narre-comptee *Malabarorum Mantiſſæ* noſtræ haud multum diſcedit.

Centaurium minus *Cheuſanenſe*, ſpicatum; *Auguſto* menſe floret.

Centaurium luteum perfoliatum, ampliori folio, et flore *Mauritanicum.*

Centaurium minimum *Mauritanicum*, flore luteo.

CErasus racemosus, *Ind. Or.* Lauri vulgaris folio, fructu in spicam disposito, Nelingimaram *Malabarorum.*

Cerasa *Hottentottorum* (quoàd folia) haud absimilis, fructu coronato, ex Insulâ *Cheusan.*

Ceratia diphyllos Animifera, foliis amplissimis, è *Maderaspatán.* Arkenarmora *Malabaréis* audit.

Cerinthe alpina perennis, flore striato, *Turneforti Instit.* 80. Glastum montanum *Dalechampii; Hist. Lugd.* 1204.

CHamædrys hirsuta, *Cretica* floribus purpureis, Polii in modum, summis ramulis coronata.

Chamælea *Indica* tricoccos, Salicis splendentibus, glabris foliis, fructu rugoso, triplici diademâte coronato. Cautonanna, *Malabarorum.*

Chamæmelum erectum, crassioribus foliis, *Africanum.*

CHristophoriana cæruleis bacceis, *Floridana*, fructuum pediculis crassis, & compressis.

Christophorianæ facie, Herba spicata, ex Provincia *Floridaná.*

Chrysanthemum majus *Floridanum*, folio hastæ cuspidi simili scabro.

Chrysanthemum *Floridanum*, majus album, foliis Chelidonii maximi *Canadensis* foliorum æmulis, marginibus rarius

riùs dentatis, floribus parvis. Hùc forté ſpectat illa pictura apud *Joſſelinum* exhibita; *pag*. 77. *Nov'anglican. Rariorum*.

Chryſanthemum *Floridanum* majus, foliis mucronatis, ſubtùs cœſiis, ſerris minutiſſimis margine aſperatis.

Chryſanthemum *Floridanum* piloſiſſimum non ramoſum, ſurphureo flore amplo, ſummo caule ſingulari.

Chryſanthemum anguſtiori folio, hirſutie molli, villoſo, florum diſco nigro, petalis aureis radiato, ex *Carolinâ*.

Cryſanthemum fruteſcens *Africanum*, Telephii ferè foliis craſſis, Oſteocarpon. (*i. e.*) ſemine ferè orbiculato, oſſicula Ceraſorum æmulante.

Chryſanthemum *Africanum*, oſteocarpon, Lycii more aculeatum. Chryſanthemum *Africanum* fruteſcens, ſpinoſum *Volkameri*, *Flor. Noriberg. pag.* 105. cum *Icone. Jacobæa* ſpinoſa, brevi Leucoii folio, viridi, *Boccon. Muſ. Pl. decad.* 12. *pag.* 173. *tab.* 121. Ad hanc claſſem referri poteſt.

Chryſanthemum angulofis Platani foliis, *Virginianum*, *Almag. Bot. fol.* 99. & *Phytograph.* exhibitum, *Tab.* 83. *fig.* 3.

Chryſanthemum *Virginianum*, Plantaginis rugoſis foliis, radice repente. *Almag. Bot.* 99. *pl.* 2. Hujus Icon, ſed

minùs

minus fælicitèr depicta, exhiberi videtur apud *Jo. Josselin: Nov'ang. Rarioribus. pag.* 82.

Chrysanthemum *Maderaspatanum*, Altheæ folio molli, caule scabro floribus parvis luteis.

Chrysanthemum *Malabaricum* Scrophulariæ foliis octopetalon; Vallia-manga-nari, *H. Malab. part.* 10. *tab.* 40.

Chrysanthemum *Malabaricum*, Bellidis majoris folio, flore octopetalo, Pee-Cajennéam, *H. Malab. part.* 10. *tab.* 42.

Chrysanthemum *Sinicum*, Bellidis majoris folio, floribus parvis, in ramulorum fastigiis.

Chrysanthemum *Indianum*, Conyzæ mediæ foliis scabris, crispatis, floribus gemellis, ex alis foliorum, pediculis, brevissimis insidentibus. Corachinaconee *Malabarorum.*

Chrysanthemum *Africanum* minus, foliorum marginibus, & medio nervo spinulis asperatis, *flore singulari parvo.*

Chrysanthemum minus, Anchusæ foliis, floribus parvis *Cheusanense.*

Chrysanthemum *Sinense* procumbens, Hyssopi foliis, pilis tenuissimis, margine fimbriatis.

Chrysanthemum, Cannabinæ aquaticæ latiore folio indiviso, ex Insula *Cheusan.*

Bidens

Bidens s. Eupatorium aquaticum, folio ferrato non diviso, *flore* flosculoso luteo, plurimis flosculis constante, multifidis, embryoni insidentibus, foliolis membranaceis intermediis, & calyce folioso, cum foliolis membranaceis composito, comprehensis. Embryo autem abit deindè in semen, in duos desinens aculeos, *Septembri* floret, Folia fert bina oblonga, ad basim, & summitatem, in acumen desinentia, *Sinicè Mok-teu-tsáw* nominatur *D. Cunningham.*

Crhysanthemum *Orientale* bidens, s. bicorne, Ocymi majoris folio profundè crenato; floribus parvis bullatis aureis. Recensetur Hæc planta inter Seneciones, per errorem in *Almagest.* nostro, *fol.* 343. *pl.* 9. Nam à D. *Sherardo* primò didicimus Hanc Acmellā à *Ceylonensibus* nuncupari, qui nobis asseruit, hujus semina esse solida, minimè pappescentia, & bicornia. Quæ omnia vivâ voce nobis confirmavit, Cl. Vir, *Jo. Philip. Breynius*, qui integram Dissertationem de illa doctissimè scripsit, sub titulo Chrysanthemi bidentis *Zeylanici*, Acmella dicti; ubi de Virtutibus satis diffusè pertractavit.

Chrysanthemum, Conyzoidi Cannabinæ simili, capitulis deflexis *Almag. Bot.* 101. s. Asteri cernuo *Fab. Columnæ* proximé accedens, Herba ex Insulâ *Cheusán.*

Planta est flore flosculoso, plurimis flosculis constante, multifidis, brevibus, viridibus, (capillamento flavescente præditis) Embryoni insidentibus, & calyce squamoso, ac foliato comprehensis: Embryo autem abit deindè in semen longiusculum, pappis nequa-

quam instructum. Folia fert oblonga, & lanceolata, alternatim posita, *Octobri* floret, D. *Cunningham.*

Chrysanthemum *Creticum* flore polypetalo, s. pleno, *Hort. Catholic. Supplem.* 2. 18. flore albo. Idem flore luteo.

Chrysanthemum flore pleno, partim candido, partim luteo *Turnefort Inst.* 492.

Cichoreo affinis Lampsana *Sinica*, Mentastri foliis, calyce fimbriato, hispido. *Sinicè Hî-hîm-tsaw* dicta.

Planta est flore luteo radiato, cujus discus ex plurimis flosculis, corona veró ex semiflosculis componitur, embryonibus insidentibus. Embryones autem deindè abeunt in involucra, s. capsulas semine fœtas incurvo, pyramidato, inverso, cujus basi adhæret flos, non vero capsulæ, quæ interiùs dehiscit, capsularum semiflosculos sustentantium, pars exterior quasi echinata, interior lævis, flosculorum capsulæ totæ læves. Calyx fit ex quinque plerumque segmentis angustis, extensis, ad summitatem obtusioribus, inferiùs levibus, superiùs uncinulis hispidis armatis, chartæ adhærescentibus; semiflosculi sunt brevissimi, parvi, & trifidi, ex averso parum fusci: Folia fert bina, & opposita, subrotunda, ad basin & summitatem acuminata, inæqualiter dentata, cauli brevissimo pediculo adhærentia; Planta est ramosa & Lampsanæ assimilatur, quoad externam faciem, Natali solo, *Septembri* floret. D. *Cunningham.*

Circææ foliis, Amaranthi *Siculi Boccone* ſpicâ, floribus parvis, purpureis, propendentibus, Herba *Floridana.*

CIſtus Rhododendros, ſericeis foliis, Inſulæ *Cheuſanenſis.*

Ciſtus chamærhododendros *Mariana* triphyllos, Myrtinis foliis, floribuſq; purpureis, parvis, circa caulem verticillatim poſitis. Idem cum Arbuſcula *Mariana* Liguſtri foliis ternis, circa caulem ambientibus floribus plurimis, ad ortus foliorum amænè purpureis, *Mantiſſ.* 26. *pl.* 5. Cujus *Icon* habetur in *Phytograph. Tab.* 339.

Ciſtus *Sinica*, Ciſti Populi nigræ majoris, foliorum æmula.

Ciſtus minor *Cheuſanenſis*, Salicis pumilæ folio anguſto & incano.

Ciſtus humilis azoides *Africana*, glauco folio flore, albo, *Parad. Batav.* 122. Telephium maritimum, Sedi folio, flore albo, *Turnef. Inſt.* 248.

Ciſtus humilis, s. Chamæciſtus elatior, flore luteo, *Floridanus.*

Ciſtus humilis *Luſitanicus*, s. Helianthemum Geniſtæ tinctoriæ fruteſcentis, foliis incanis.

Ciſtus humilis, s. Chamæciſtus flore albo, Vulgari ſimilis, ex Inſulâ *Crocodilorum.*

Clematis Bucananthos minor *Americana*, Cardamines alternis foliis majoribus & ſubtùs incanis.

Clematis *Cheuſanenſis*, Bucananthi majoris ferè foliis ſolitariis, ad margines, ſpinoſis ſerris, ſpica florum ampliori, ex foliorum alis.

Deſcriptio ſequitur *Cunninghamiana*. Planta repens flore purpuro-violaceo, monopetalo, Infundibuli-formi, quadripartito plerumque, ex cujus fundo ſurgit piſtillum, duobus ut plurimùm ſtaminibus ſtipatum, quod in vaſculum abit ſeminale, ovatum, calyce donato profundè multifido, flores in foliorum angulis, ſpicatìm naſcuntur, folia cauli alternatim brevibus pediculis adhærent ſerrata, é baſi obtuſiore in acumen deſinentia, viridia, & lævia, *Septembri* floret, in Saxoſis proveniens. Ad Amaranthioidem accedit.

Clematis arborea, ſummo folio bicorni, ex Inſulâ *Cheuſân*. Naga-mu-valli, *H. Malab. part*. 8. *tab*. 30. & 31.

Clematitis latifolia, s. Atragene quibuſdam ſimilis, tetraphylla, è *Maderaſpatan*.

Clematitis, s. Flammula ſcandens tenuifolia, floribus amplis, ſemper trifoliata, ex *Floridâ*.

Clematitis maritima minor *Sinenſium*

CLinopodium *Sinenſe*, noſtrati ſimile, ſed minus.

Clinopodium

Clinopodium Origano ſimile ex Inſulâ *Cheuſán.*

Clinopodium Origani fiſtuloſi *Canadenſis* folio, coronatum, Camphoram ſpirans *Mantiſſ.* 52. Ocymo affinis *C. B. P.* 226. Albahaca herba, quæ odoris gratia in *Novâ Hiſpaniâ* excolitur; *Joſeph. Acoſtæ. lib.* 4. *cap.* 27.

Clinopodium *Cheuſanicum* Chamædryos folio majore.

Clinopodium parvum *Sinicum*, hirſutis Majoranæ foliis, coronatum. Majoranæ ſpecies, flore cæruleſcente monopetalo, labiato, cujus labium ſuperius ſurrectum eſt, ſubrotundum, bifidum, inferius verò tripartitum, foliis parum villoſis. *Septembri* floret, D. *Cunningham.*

COcculi *Indi* ſpecies, tenerioribus ſubrotundis foliis, incanis; Caulcadde *Malabarorum*. Huic noſtræ, Natsjatam, *H. Malab. part.* 7. *tab.* 1. propiùs accedere videtur.

Cocculi Orientalis Frutex, convolvulaceus, orbiculatis foliis, pronâ parte villoſis, ex unâ de Inſulis *Crocodilorum.*

Cocculus *Indus* Aſari grandioribus foliis, glabris, è *Maderaſpatán*. Hujus ſunt fructus, Cocculi *Indi Officinarum.*

Cocculus *Indus*, foliis Ariſtolochiæ ſubtùs lanuginoſis, fructu minore, Perrun-curry *Malabarorum*.

Cocculi *Indi* altera ſpecies minor, ſcandens Vincæ pervincæ foliis villoſis. Chaunacurry *Malabarorum.*

Cocculi Orientalis Convolvulaceus Frutex, foliis ſubrotundis glabris, è *Maderaſpatán.* An fortè Batta-Valli & Cattu-Valli *H. Malab. part.* 11. *tab.* 62.

Cocculi *Indi* ſpecies minima, Myoſotidis ſcorpioidis hirſutis foliis & facie, fructu minimo reniformi.

COles fructui ſimilis, s. Fructus ex *Bengalá* ad Coles accedens, *Clus. Exod. lib.* 2. *cap.* 14. Fructus oblongus, cineraceus, rugoſus, & gibboſus, *C. B. P.* 404.

Colutea *Maderaſpatenſis*, amplioribus foliis, floribus ſpicatis parvis, Arymaram *Malabarorum.*

Coluteæ facie *Maderaſpatana*, folio, & ſapore Glycyrrhizæ.

Colutea parva *Malabarica*, foliis pubeſcentibus, ſiliquâ Scorpioide brevi. Man-todda-Vaddi, *H. Malab. part.* 9. *tab.* 22. Mimoſa *Malabarica*, foliis piloſis non ſpinoſa, minor, flore papiliónaceo luteo, ſiliquis anguſtis, articulatis, *Commelin. Notis.* in *locum.*

Colutea minor *Maderaſpatana*, Ornithopodii foliis, ſiliquis hirſutis aſperis.

Colutea *Africana*, argentea minima, *Prom. Bon. Spei. Hort. Compton.*

Colutea Veſicaria *Africana*, veſiculis depreſſis, floribus purpureis, ſpicatis parvis, *Cat. Plantar. ad calcem Paradiſ. Bat.* Colutea *Africana* veſicaria, veſiculis compreſſis, floſculis atrorubentibus, *Volkamer. Flor. Noriberg. pag.* 118.

Conferva

Conferva *Maderaſpatana*, Alloco-paſhy *Malabarorum.*

Conferva Rivulorum noſtras, bicornis, filamentis tenuiſſimis; Invenit Ingenioſiſſimus, *Dominus Rand.*

Convolvulus *Maderaſpatenſis*, foliis ampliſſimis. An fortè Munda-Valli, *H. Malab. part.* 11. *tab.* 50. Convolvulus *Malabaricus* flore amplo viridi, diluto colore, *Commelin. Not. in locum.*

Convolvulus *Maderaſpatanus*, ampliſſimis foliis, ſubtùs lanugine argenteâ ſplendente, denſiùs veſtitis.

Convolvulus *Maderaſpatanus*, ſubrotundis amplioribus foliis, viticulis ſpinoſis. Idem forte cum illo *Americano*, qui habetur in *Almageſto Botan. fol.* 115. *pl.* 2. cujus Icon habetur in *Phytograph. tab.* 276. *fig.* 4.

Convolvulus *Floridanus*, majore folio incano, ſummo apice longiùs mucronato, flore parvo puniceo. Seminibus è *Carolinâ* tranſmiſſis natum Vidimus, in *Horto* D. *Darby* apud *Hockſdon.* Hujus quoque ſemina ex *Perſiâ* ſibi fuiſſe allata, nobis affirmavit Eximius Exoticarum ſtirpium cultor, Dominus *Reynardſonus.* An Quamoclit *Americana*, foliis ampliſſimis, cordiformibus, *Plumiero*, *Turnefort. Inſt.* 116.

Convolvulus major *Floridanus*, folio incano Ari quodammodò referens, auriculis magnis ſubrotundis.

Convolvulus *Maderaſpatanus*, trifido Pal-modeccæ folio, hirſutie pubeſcens. Collycaucana *Malabarorum.*

Con-

Convolvulus *Maderaſpatanus*, Piſtolochiæ foliis, floribus purpureis.

Convolvulus anguſtiſſimo lanceolato folio, flore minore albo; Amear-Blundoo *Malabarorum*.

Convolvulus anguſtiſſimo, auriculato, longiori folio, lanceolatus, flore purpureo, parvo.

Convolvulus minor *Sinenſis*, longiore hirſuto folio, flore albo parvo.

Convolvulus *Maderaſpatanus* minimus, Alſines folio argenteo, molli, flore purpureo. Neer-crandy. *Malabarorum*.

Convolvulus maritimus, s. Soldanella minor Vulgari ſimilis, è *Maderaſpatán*. Parrette *Malabarorum*.

Convolvulus argenteus, rectus *Sinarum*, ſpicæ folius.

Conyza arbor *Ceylonenſis*, ſubrotundo folio maximé tomentoſó.

CORallina parva tenuiſſima, eburnei nitoris plumoſa, The feather'd-fine Coralline. Ad oras maritimas noſtras, ſpontè naſcens. An Corallina capillacea argentea; *Turnefort. Inſtit.* 572. Muſcus argenteus marinus noſtras, ſimilis plumæ *Donati*. 114.

Corallium album minimum, *Armoricum*, & *Cambrobritánicum*, rupibus adnaſcens.

Corio-

Coriotragematodendros, s. Arbor Caroliniensis, Ælæagni *Cordi* foliis, fructu saccharati specie, & magnitudine Coriandri. **The Coriander Comfit-Tree, of whose Berries they make Candles.** An forte Ligustrum *Americanum*, Lauri folio, flore flavescente, baccis niveis *Plumieri*. *Turnef. Instit.* 597.

Coriotragematodendros, s. Ælæagno *Cordi* similis, Frutex *Africanus*, brevioribus hirsutis foliis, levitèr dentatis. Ad hanc Classem fortè spectat Laurus *Africanus*, serratis foliis, *Bartholin. Act. Medic.*

Coriotragematodendros *Sinarum*, foliorum marginibus magis serratis.

Coriotragematodendros *Africana*, Botryos amplioribus foliis densis, ex *Prom. Bon Spei*. An Laurus *Africana* minor Querci folio, *Hort. Amst. part. alt. fig* 81. *fol.* 161.

Coriotragematodendros minor *Africana*, Quercinis tenuius dissectis foliis.

Coriotragematodendros Ilicis aculeatæ folio, ex *Prom. Bon. Spei*. Tithymali facie Planta *Æthiopica*, Ilicis aculeato folio, *Almag. Bot.* 373, cujus Icon habetur in *Phytograph. Tab.* 319. Hujus generis Arbores omnes fructum ferunt parvum, monopyrenum, veluti Saccharo candidissimo in crustatum, stipitibus in racemos adnascentem.

Corni fœminæ folio Frutex ex Insulâ *Cheusan*.

Corni similis *Cheusanensis*, baccâ parvâ calyculatâ, striatâ rubrâ, è foliorum alis binatim egrediente.

Frutex baccifer, foliis ex adverso binis subrotundis acuminatis, baccis rubris, umbone præditis binis, brevi pediculo & calyci integro insidentibus, in pulpa molli, & lutescente, semina compressa, Sesami instar continentibus. Mense *Septembri* collegit D. *Cunninghamius*.

Corno fœminæ similis, Arbuscula *Floridana*. An Fruticulus Cornifoliis, floribus albis, fistulosis, racematim in spicam congestis, *Banister. Cat. Stirp. Virgin.* Nostri tamen flores, Corymbi in modum sunt dispositi.

Cornus mas s. Sassafras, Laurinis foliis indivisis, ex *Provincia Floridanâ*. Sassafras forté Lauri foliis *Pison.* 146.

Coru genus *Ind. Orient.* spinosum, Mali medicæ foliis subrotundis; Peringorundy-chedde *Malabarorum.*

Coru altera *Maderaspatana*, Limoniæ parvis foliis, summá parte sinuatis, Corenda-chedde *Malabarorum.*

Coru *Indorum*, Myrti *Bœticæ* latioribus foliis, Limoniæ fructu parvo, aggregato, cærulescente.

CRocus purpureus minimus, foliis gramineis, *Prom. Bon. Spei.*

Crotalaria *Maderaspatana*, singulari folio amplo argenteo, & sericeo, floribus aureis.

Crota-

Crotalaria Geniſtæ tinctoriæ foliis ſericeis, *Maderaſpatana.*

Crotalaria *Ind. Or.* Salicis pumilæ anguſtioribus, ſericeis foliis, ſiliquâ inflata brevi, Elly-pundoe *Malabarorum.*

Crotalaria *Ind. Or.* foliis ſingularibus, parvis, argenteo-ſericeis, ſiliquâ ſubrotunda brevi. Nevally-pondoe *Malabarorum*, & aliquando Nella-crandee. Attamen à Loto affini monophyllo, Polygalæ foliis, argenteâ hirſutie pubeſcentibus; *Mantiſſ. noſtr.* 120. ſub eodem titulo apud *Malabareos*, eſt plane diverſa.

Crotalaria Unifolia minor *Ind. Or.* hirſutis foliis, floribus ad alas purpuro-cæruleis; An Katu-Viſtna-clandi, *H. Malab. part.* 9. *tab.* 61. abſq; fructu depicta.

Crotalaria myoſotis *Floridana*, flore luteo minore. Hujus folia haud parum ſimilia ſunt iis, quæ habentur in *Phytographia* noſtra, *tab.* 205. *fig.* 7. ſub titulo Myoſotis, foliis ſubrotundis, Herbæ *Ind. Orient.* in *Almageſt. fol.* 258.

Crotalaria *Maderaſpatana*, folio obtuſo cordiformi, ſubtùs incano. Votta-Clegepa *Malabarorum.*

Crotalaria minor, argenteis Chamæciſti foliis *Maderaſpatana.*

Crotalaria *Cheuſanenſis*, ſpicæ foliis argenteis, ſiliquis propendentibus glabris, calycibus villis ferrugineis obductis, in totum ferè immerſis.

Cruciata

Cruciata *Lusitanica*, latifolia glabra, flore albo. *Turnef. Inst.* 115. Cruciata minor glabra, flore Molluginis albo, *Barrelier Icon.*

CUcumis *Indorum*, s. Momordica, prælongis hastatis foliis. Neer-covy *Malabarorum*.

Cucumis parvus, foliis elegantèr auriculatis, & crenatis. Collar-Moosh-moshica *Malabarorum*, Et nonnunquam Cherragoon butty *eorundem*.

Cucurbitifera Malabathri foliis scandens, Catalongay *Philippinis Orientalibus* dicta, *Mantiss.* 60. An Camolonga *Ludovic. Roman. lib.* 5. *Navigat. cap.* 15. *Clus.* in *Garc. fol.* 236. quæ inter Citrulos habetur, *Jo. Bauhino. tom.* 2. *lib.* 16. 237. sub hoc titulo, Citrulo vel Meloni *Indico* accedens Camolonga. Et memoratur à *Josepho Scaligero Exerc.* 81. *part.* 15. Camolangæ nomine. *Historia Lugdunens. fol.* 1837. vocat Camolangam. *Munster. Cosmograph. lib.* 5. Camolangam provenientem in *Calecut*, &c.

Cucurbitifera Arbor *Guadelupensis*, fructu Melonis magnitudine, & formâ, cortice crasso, & lignoso, ex sericeo viridiq; lanugine obducto, intus seminibus reniformibus, spadicei coloris, cum filamentis croceis in latere sparsis, pulpâ candidissimâ gratæ acciditatis, & (quando siccata) valdè friabili, obvolutis. Abavo *Belli Epist.* ad *Clus.* Baobab. s. Abavi *Clus. lib.* 2. *cap.* 1. Baobabifera arbor *Prosp. Alpini de Plant. Ægypt.*

Guanabanus

Guanabanus fortè *Scaliger.* libr. de *Subtilitat. adverſ. Cardan.* Exercit. 281. *part.* 6. Fructus *Æthiopicus* Melonis magnitudine, brevi lanugine obſitus. *C. B. P.* 434. An porro affinis non tantum, ſed ipſiſſimum *Idem*, fructui, ejus Arboris, cujus *Thevetus*, *cap.* 10. *libr. Singularium Americæ* meminit his verbis. Tres ſunt Inſulæ ad *Æthiopum* Promontorium (Caput viride vulgò appellant,) in quarum unâ, Arbor invenitur, folio noſtratis Fici, (an rectè obſervarit folii formam, neſcio inquit Cluſius) fructu *Cypriis* cucurbitis haud abſimili, duorum ferè pedum longitudine, & craſſo: Non nulli eo fructu Veſcunter, ut nos Melonibus, continet vero ſemina fabæ magnitudine, leporinis renibus ſimilia. His quidam Simias alunt, alii monilia ex iis collo aptanda, conficiunt: Siccata enim & bené matura, aſpectu pulcherrima ſunt. Viſendum nobis primò obtulit, amicus noſter, Dominus *Jacobus Ayré*.

CUpi *Malabaricæ* accedens, Arbor *Maderaſpatana*, ſubrotundis foliis tranſverſim elegantèr venoſis.

Cupreſſus *Cheuſanenſis*, Juniperinis arcuatis foliis, clavis galbulorum elegantèr criſtatis.

CUſcuta aurea *Maderaſpatana*, Sherry-paſha *Malabrarorum.*

Cyanus major Alpinus, foliis inciſis *Triumfetti*, de *Ortu* & *Vegetat. Plantar.* cum *Icone.*

CYnoglossum purpureum, *Buglossi* foliis perfoliatum, ex *Provincia Floridanâ*.

Cynoglossum asperi-folium, Myosotidis facie pusillum, flore cæruleo parvo. *Hort. Uvedalens.* An Cynoglossum pumilum s. *Austriacum* alterum *Clus. Hist.* 2. 163. Cynoglossa minor montana serotina altera *Plinii Fab. Columm. Ecphras. part.* 1. *pag.* 180. A Lappulâ rusticorum, *Hist. Lugd.* maximè diversum; Utut à *Cl. Casp. Bauhino* in *Pinace*, 257. confunduntur.

Cynoglossi ferè foliis subtùs cœsiis, ex *Insulâ Cheusân*.

CYperi genus *Indianum*, paniculâ speciosâ, Pering-corypillee *Malabarorum*.

CYtisus folio argenteo, Montis *Olympi*. D. *Wheeler*. in *Horto Badmingtonio* nuperrimè succrevit.

Cytisus *Tituanensis*, subrotundo folio glabro, siliquis biuncialibus, latis & compressis.

Cytisus an Genista, *Floridana*, Ebeni-*Creticæ* foliis longioribus, & tenuioribus, trifoliata.

Cytisi facie, lato, subrotundo glabro, & punctato folio, *Prom. Bon. Spei.*

Dens

D

DEns Leonis *Floridanus*, Cornu cervini amplioribus foliis, radice bulbosâ.

DIgitalis procerior *Floridanus*, Jaceæ nigræ dissectis foliis, floribus albis amplioribus.

Digitalis Verbesinæ foliis è regione binis; spicâ florum compactiore. *Almag, Bot. Mantiss.* 64. *pl.* 4. Hujus Icon exhiberi videtur, apud *Rariora Nov' Angliæ* à *Joan. Josselino edit. pag.* 78.

DOronicum integro, & crasso folio, *Bot. Monsp.* An Doronicum *Helveticum* humile, crassis foliis. *C. B. Prodr.* in *Hort.* D. *Uvedale* inveni.

Doronicum Tussilaginis folio ex Insula *Cheusan*, flore magno singulari.

Doronicum Plantaginis folio, *Floridanum*, floribus ut plurimùm ad summum caulem quaternis.

E

ECHium *Africanum*, frutescens, foliis pilosis, *Hort. Amst. part. alt.* 107.

ELatines fæminæ folio subrotundo, folliculis hirsutis turgidis, è *Maderaspatan.* Ciceris vesicariæ, hujus fructus inflatus, perquàm similis est.

ELichrysum Lithospermi foliis, Insulæ *Crocodilorum.*

Elichrysum *Africanum*, Abrotani folio molli, & incano, ingrati odoris.

Elichrysum Gnapholoides aromaticum, *Indiæ Orientalis.*

Elichrysum frutescens, lanceatis foliis lanatis, comis albicantibus *Africanum.* An Gnaphalium *Africanum*, floribus minimis albicantibus inodorum. *Volkamer. Flor. Noriberg.* 194.

Elichrysum angusti-folium *Sinicum*, incanis foliis, floribus parvis sulphureis in capitulum congestis.

Elichrysum *Æthiopicum* frutescens, Coridis foliis incanis, capitulis parvis glomeratis, inter ramulos dispersis. An Elichrysum *Africanum* frutescens, Coridis folio *Oldenlandii. Turnef. Inst.* 453.

Elichry-

Elichryson *Æthiopicum* frutescens, Ericæ foliolis parvis, capitulis singularibus, sparsim per ramulos, absq; pediculis natis. Hùc fortè spectat frutex *Africanus* aromaticus, flore spicato exiguo, *H. Amst. part. alt. fig.* 59. *fol.* 117.

EPhemeron Phalangoides *Floridanum* erectum, Lilii Convallii foliis lævibus, ad vaginas caulium, molli hirsutie imbutis.

Ephemeron Phalangoides, longioribus angustis foliis, floribus ex inflatis, & pubescentibus foliorum vaginulis, veluti ex utriculis pronascentibus; Mella-caula *Malabarorum*. Nir-pullu (fortè) *H. Malab. part.* 10. *tab.* 13.

Ephemeron Phalangoides tripetalon, gramineis foliis, *Maderaspatanum*. An Tali-pullu, *H. Malab. part.* 9. *tab.* 63.

Ephemeron Phalangoides aphyllon, cauliculis convolvulaceis, ex *Ind.* Or. Nelipú (fortè) *H. Malab. part.* 9. *tab.* 70. Planta aquatica aphyllos, repens, flore cæruleo difformi; *Comelin. Not.* in *loc.*

EPidendron *Maderaspatanum*, foliis latioribus, oblongis, crassis, Schetti *Malabaricæ* floribus longis, coccineis; fructu parvo oblongo, ex alis foliorum racemosis. Cherry-mel-chedde *Malabarorum*. Quod pro omni ferè parasiticarum Plantarum genere, apud *Malabareos*, est commune Appellativum.

EQuisetum nudum non ramosum, asperum, fimbriis ciliaribus ad genicula cayaneis; ex Insula *Crocodilorum.*

Equisetum montanum *Créticum, Prosp. Alpini*; de *Plant. exort.* 140.

Equisetum frutescens aphyllon, *Wheeleri* In *Horto* D. D. *Uvedal.* apud *Enfeldiam* cultum invenimus.

ERica *Tituanica* foliis longioribus, densiùs stipatis, floribus purpureis, parvis numerosis.

Erica *Tingitana*, Coridis foliò incana, flosculis stamineis, ad summum caulem pronascentibus.

Erica *Cantabrica*, flore maximo, foliis Myrti, subtus incanis, *Turnef. Inst.* 651. *Fulhamiæ.*

Eriocarpos *Malabarica*, Epidendri. species hexapetalos, gladioli foliis, caule arundinaceo, capsulâ lanâ candidissimâ intus refertâ. An Katou-Kaîda Maravara, *H. Malab. part.* 12. *tab.* 26.

Eriocarpos *Malabarica*, capsulâ seminali cum seminibus, gossipio candicante infarctâ. Hujus fructus Anantaly Maravaræ fructui in *H. Malab. part.* 12. *tab.* 7. depictæ, perquàm similis est.

Eriophoros *Æthiopica*, folio Coridis crassiori, globulis lanosis, inter ramulos sparsìm nascentibus. Idem fortè cum

cum Elichryſo *Æthiopico* fruteſcente, Coridis foliis; in præcedentibus. Huic noſtræ Tamariſcus *Æthiopicus*, Coridis folio incano, Jaceæ capitulis parvis, tomentoſis, ad ramulos diſperſis, *Mantiſſ. fol.* 178. planè convenit.

ERuca *Floridana*, Reſedæ foliò trifoliata.

Eruca pumila *Indiæ Orientalis*, Nelle-pondöe; *Malabarorum.*

ERyngii ſpecies *Sinica*, folio ferè plano, trilobato, & crenato, *Sinicè* Sha-ſin dicta *(i. e.)* in *arenis naſcens.* Ex Inſula *Tau-whey-San.*

EUonymo noſtrati ſimilis, ſed multò latioribus foliis ex *Inſulâ Pu-tò.* in ditione *Sinarum.* Arbor fragilis, foliis ſubrotundis acuminatis, & ſerratis, Euonymo ſimilis, flore tetrapetalo, ex albo virſcente, ſtaminibus quatuor breviſſimis, totidem apicibus purpureis donatis, calyce quadrifido, è quo ſurgit piſtillum, quod deindè abit in fructum quadrangularem membranaceum, in quatuor loculamenta diviſum, ſingula continentia duo grana rubentia, ſibi invicèm appreſſa, foliis ex adverſò binis, latioribus, ſerratis, in mucronem deſinentibus. Fructu maturo, capſula purpuraſcit, *Octobri*, perficitur, Menſe *Novembri* ex inſulâ *Pu-tó* florentem detulit, *Anno* 1702. Incomparabilis *Botanicus* & Amicus noſter, D. *Cunninghamus.*

Euonymus *Feſſanus*, Cupreſſi compreſſiuſculis foliis, fructu quadrangulari majori, granis lucidè cæruleis; ex Montibus *Jorjoon.*

Euonymo

Euonymo adfinis *Cheusanensis*, Frutex Laureolæ foliis solidioribus, tricapsularis, & quadricapsularis.

Euonymo adfinis *Sinensium*; tricapsularis, foliis subrotundis, Lauri, ex Insulâ *Crocodilorum*.

Euonymo adfinis *Sinarum*, quadricapsularis, subrotundis, rigidis, foliis dentatis; foliis & ramulis ex uno puncto quaternis.

Euonymo adfinis *Cheusanensis*, Arbuscula, Staphylodendri nostratis folio, fructu gemello, bicapsulari.

Euonymo adfinis *Sinarum*, Populi nigræ folio, tricapsularis, granis nigris candidissima substantia obductis, Sebifera. Arbor *Sinensis*, pinguedìnem sebi instàr ferens; *Martini Atl. Sinic.* 119. *Johnstoni Dendrolog.* 42. & 477. de quâ *vid le Compté*.

Euonymo adfinis, Pyracanthæ foliis, ex Insula *Cheusán*, apud *Sinas*.

Euonymo adfinis aromatica, s. Zanthoxylum spinosissimum, Fraxini angustiore folio punctatum; ex Insulâ *Cheusán*.

Euonymo adfinis aromatica, s. Zanthoxylum *Floridanum*, Fraxini foliis, minus spinosum. In *Horto* Industrii *Hortulani D. Darby*, apud *Hoxtoniam*, vicum *Londini* nostri suburbanam, ex seminibus natum conspeximus. Pindaiba *Pisonis* 44. Huic nostræ propiùs accedere videtur. Hujus fructus (forsàn) sunt Fagaræ majores *Clusii*.

Euonymo

Euonymo adfinis aromatica, s. Zanthoxylum anguſtioribus foliis, binatim poſitis, ſpinâ longiore gracili.

Frutex aromaticus, ſpinoſus, ſpinis & foliis longioribus, anguſtioribus, & acuminatis, coſtæ alatæ per conjugationes diſtantiores innaſcentibus, impari claudente, cum ſpinis ex foliorum nervis mediis utrinque excreſcentibus: Fructum fert unicapſularem, rotundum, rubentem, ſcabrum, ſeu verrucoſum, acerrimum Camphoræ guſtum ſapientem; (interior capſulæ membrana alba, lævis, & inſipida) qui bifariàm in apice dehiſcens, ſemen oſtendit unicum nigrum, ſplendens, hilo cauo & albente (ubi latet filum quo ſemen capſulæ adnectitur) notatum; nullius ferè guſtùs niſi oleoſi, *&c.*

Euonymo adfinis aromatica, s. Zanthoxylum latiore Fraxini folio conjugato, minus ſpinoſum; ex Inſulâ *Cheuſán.*

Frutex aromaticus arboreſcens (cujus truncus & rami, ſpinis brevibus & tuberoſis horrent) foliis Fraxini alatis, leviter ſerratis, perforatis, minime ſpinoſis; Fructùm fert in racemis unicapſularem, lævem, vireſcentem, & punctatum, ſeu perforatum, accerrimum Camphoræ guſtum ſapientem, (interior capſulæ membrana albà, & inſipida) qui bifariàm dehiſcens, in apice ſemen oſtendit unicum, nigrum, ſplendens, hilo anguſto, & obſcuro notatum; Rami ſunt medulloſi, & caui, inſtar Sambuci: Natali ſolo, *Octobri* fructum perficit. Idem forte cum *Herculis* arbore ex *Florida*,

nobis allata; aut ei quam proximè cognata. Idem & Mouli-Ila, *H. Malab. part.* 5. *tab.* 34. fortè etiam Piperifera arbor *Sinensis*, *Ludovic. le Compte*, *pag.* 100.

Euonymo adfinis aromatica, s. Zanthoxylum Fraxini latiore folio, sinuoso, medio nervo utrinque spinoso, ex unâ de Insulis *Crocodilorum* apud *Sinas*.

Euonymo adfinis aromatica, s. Zanthoxylon spinosum, Fraxinellæ foliis *Cheusanicum*.

Frutex est aromaticus, spinosus, spinis brevioribus, foliis lævibus, perforatis, brevibus, in acumen desinentibus, costæ per conjugationes innascentibus, impari claudente: Fructum fert unicapsularem, rotundum, scabrum, s. verrucosum, acerrimum Camphoræ gustum sapientem, (interior capsulæ membrana alba, lævis & insipida) qui bifariàm dehiscens, semen ostendit unicum, nigrum, splendens, hilo cavo, & albente (ubi latet filum quo semen cæpsulæ adnectitur) notatum, nullis fere gustûs, nisi oleosi; Fructus in racemis *Octobri* maturescunt, *Sinicè* Hóa-tcháw nominantur, & vice Piperis utuntur.

Euonymo adfinis aromatica, s. Zanthoxylum *Sinicum* spinosum, Cynorrhodi foliis & facie.

Frutex est aromaticus, spinosus, spinis brevibus, foliis minus perforatis (sed spinulis quam plurimis supernè notatis) brevioribus, in acumen desinentibus, costæ per conjugationes innascentibus, impari claudente; Prioris est species, sed fructum nondum vidi, D. *Cunningham*.

Euonymo

Euonymo adfinis aromatica, s. Zanthoxylum *Cheusanense*, spinosum minus, Rosæ Pimpinellæ foliorum æmula; Cujus fructus (forsan) sunt Fagaræ *Clusii* minores.

Frutex est aromaticus, spinosus, minor, foliis alatis non perforatis, leviter, serratis, costâ spinosâ; Fructum fert ad ramorum summitates in fasciculos congestum, unicapsularem, lævem, virescentem, & punctatum, seu perforatum, gustûs camphorati, (interior capsulæ membrana albens, & insipida) qui bifariàm in apice dehiscens, semen ostendit unicum, nigrum, splendens, hilo angusto notatum, ubi latet filum, quo semen capsulæ adnectitur. *Octobri* fructus maturescit: In quinque aut sex pedum altitudinem assurgit.

Euonymo adfinis *Malabariensis*, summis virgulis plumosis. *Pua-Tsjetti*, *Hort. Malab. part.* 5. *tab.* 52

Eonymo adfinis *Thea* dictæ similis, Frutex *Insulæ Cheusan*.

Euonymo adfinis nucifera, Tsia *Japonensibus* dicta, flore rubro rosaceo, vasculo seminali rotundo, plerumq; tricapsulari, *Swa-tea Sinensibus* dicta. Nos qui omniumferè Gentium mores in cibis, & potu, recepimus, ab Oriente Sole usum liquoris dicti *Thea*, vel *Tzie* accercivimus: Nascitur enim in *China*, & *Japonâ* frutex hic, aut Arbuscula, è cujus foliis vere collectis, & ad ignem, aut Sole siccatis, & in aquam calidam immissis, conficitur iste potus, Incolis istarum regionum quam maximé familiaris: Et forsan non alius erat liquor dictus *Cuia*, (Chaa) quam *Paulus Venetus*

Venetus ſcripſit á *Tartaris* ita fuiſſet præparatum, ut vinum album videretur. *Seres Tartari Orientales*, qui noſtrâ ætate *Sinarum* regnum ſubjugârunt, in lacte cum Sale folia *Theæ* infundunt, & potionem ita paratam maximè probant *Legatio Belgic.* ad *Sinenſium Regem.*

EUpatoria *Floridana*, Urticæ ampliſſimis foliis, ternis circà caulem ambientibus.

Eupatoria *Floridana*, latiori folio triphylla, flore pallidiore.

Eupatoria Conyzoides, Blattariæ tenerioribus foliis, floribus palleſcentibus, parvis, è *Maderaſpatan.* Cheva-rutte *Malabarorum.*

Eupatoria Conyzoides *Maderaſpatana*, Hormini folio, molli & incano, margine profundius ſecto, floribus pallentibus parvis. Calla-mundoe *Malabarorum.*

Eupatorium *Americanum*, Hederæ terreſtris folio, flore purpureſcente. *Turnefort. Inſtit.* 456.

Eupatoria Conyzoides *Sinica*, Baccharidis folio rarius crenato, ſummo caule ramoſo, floribus parvis coronato.

Eupatoria Conyzoides *Floridana*, Stachydis paluſtris folio, in ambitu ſpinulis aſperato, capitulis obſoletè luteis.

Eupatoria Conyzoides *Maderaſpatana*, Virgæ Aureæ villoſis foliis, floſculis palleſcentibus, Peatty *Malabárorum.*

Eupatoria Conyzoides, integro Jacobææ folio, ad ſedem ampliore ſeſſili, comâ deauratâ. *Waſtana-poo Malabarorum.*

Eupatorium aureum, Aſteris folio, *Hort. Badmingtoniani.*

Eupatoria Conyzoides, Styracis folio ſubtùs niveo, capitulis ſpecioſis. Cyanus arboreſcens altera, ſtyracis folio. *Proſp. Alpin. de Pl. exot.* 32. Hujus perelegantis Fruticis ramulum, cum floribus nitidè aſſervatum, inter collectaneas, D. D. *Sherard*, nos tantum conſpeximus, non poſſidemus.

Eupatoria Conyzoides, Panacis Coloni folio *Floridana*; *Huic* Eupatoria Jaceoides ex *Terra Mariana*, *Mantiſſ.* noſtr. 72. in totum magis convenit, at Baccharis *Americana*, quoàd capitula, propius accèdere videtur.

Eupatoria Conyzoides, Verbaſculi folio *Malabarica*; Ckeva-ruttee *Malabarorum*; Eupatorium Rapiſtri arvenſis folio, capitulis parvis *Cormandelianum*, *Mantiſſ.* 72. huic noſtræ in plurimis convenit.

Eupatorium Cirſii vulgaris folio, *Floridanum.*

Eupatorium *Capenſe*, folio longiori, rariùs & profundiùs dentato, floribus albis.

Eupatorium *Marianum*, Salviæ longiſſimis, acuminatis, anguſtioribus foliis non perfoliatum. A *Virginiano* perfoliato ejuſdem tituli in *Phytographia.* tab. 87. plurimùm diverſa planta, Cujus *Iconem* videſis.

Eupatorium *Africanum*, Agerato affinis *Peruvianæ* foliis, alternatìm positis, floribus glomeratis parvis.

Eupatorium *Sinicum*, Leonuri *Africani* foliis, flore ex albo cærulescente. Eupatorium foliis oblongis, serratis, & acuminatis; D. *Cunningham*. Florem fert album, flosculosum, plurimis scilicet flosculis companiformibus quintifidis constantem, (ex quibus singulis, longum surgit capillamentum, album, bifidum, quibusdam brevibus capillamentis nigris circum datum; extrà flosculum non prominentibus, undé Flos apparet, quasi ex albo cærulescens) embryoni insidentibus, & calyce longo, tereti, & squamoso, comprehensis; Embryo autem abit deindé in semen nigrescens, pappis instructum: *Septembri* floret. Alia est ejus species, foliis obtusioribus, & minùs serratis, D. *Cunningham*.

Eupatorium *Floridanum*, Nepetæ minoris folio angustiore.

Eupatorium Conyzoides *Sinicum*, Tarraconis folio, capitulis argenteis, Planta est flore radiato, cujus discus ex plurimis flosculis luteis, corona vero ex semiflosculis albis componitur, embryonibus insidentibus, & calyce squamoso comprehensis: Embryones autem deindè abeunt in semen pappis instructum; folia fert viridia longa & angusta; *Octobri* in Natali Solo floret; D. *Cunningham*.

Eupatoria Conyzoides *Cheusanica*, Tarraconis folio, comâ aureâ amplissimâ.

Eupa-

Eupatoria *Floridana*, ſtrictiſſimis foliis, ad nodos caulium verticillatis

Euphraſia magna *Floridana*, folio molli, floribus purpureis, calyce magno ſtriato ferè immerſis.

Euphraſia *Floridana*, Lyſimachiæ ſiliquoſæ glabræ foliis, quadrato caule ramoſior.

Euphraſia *Maderaſpatana*, Salicariæ foliis, capſulis oblongis, ad foliorum ortus plurimis. Cullam-mully *Malabarorum*.

Euphraſiæ ſpecies, folio Becabungæ *Malabarienſis*, floſculorum labiis amplioribus. Pee-tsjanga-puſpam, *H. Malab. part.* 9. *tab.* 59. quæ memoratur in *Mantiſſa noſtra fol.* 73.

Euphraſiæ affinis, oblongis cuſpidatis foliis, ſubtùs villoſis, promiſſis floſculorum labiis tridentatis; Pull-colli *H. Malab. part.* 9. *tab.* 69.

Euphraſiæ adfinis, *Maderaſpatana*, *Virgæ* aureæ latiori folio, floribus amplis purpureis.

Euphraſia *Sinica*, Parietaria foliis, Rubiæ modo ſpicata.

Planta eſt flore albente, monopetalo, perſonato, in duo labia diſtincto, quorum ſuperius acuminatum, & brevius, inferius vero tripartitum & longius; Ex floris calyce profundé multifido, ſurgit piſtillum, quod abit

in fructum, seu testam oblongam, bifariàm dehiscentem, in duo loculamenta divisum, & seminibus fætam compressis: Flores in spicis nascuntur, & folio ex adverso bina, Teucrii similia. D. *Cunningham.*

Euphrasiæ affinis *Sinica*, Chamædryos laciniatis foliis, Botryos instar, floribus purpureis, spicatis, amplis, longo, & striato calyce exeuntibus.

Euphrasiæ affinis Majoranæ foliis, floribus galeatis, summo caule diffusis.

Euphrasia Chamædryos spuriæ foliis, ex *Insula Cheusan.*

Euphrasia *Indica*, Ladani Segetum folio, flore amplo purpureo. Coranny-pooe *Malabarorum.*

Euphrasia *Maderaspatana*, Alsines majoris folio, floribus longo tubulo donatis. Cautonar-mully *Malabarorum.*

Euphrasia *Maderaspatana*, Alsines majoris foliis ternis, longis pediculis caulem ambientibus.

Euphrasia minor *Sinica*, Betonicæ Pauli foliis, capsula longa siliquam æmulante. Planta est flore carneo, monopetalo, tubulato, personato, labio superiori in acumen desinente, inferiori vero trifido; Ex cujus calyce quintifido, surgit pistillum, quod abit in siliquam teretem, bicapsularem, seminibus minutissimis fætum: Folia bina opposita, subrotunda, mollia & leviter serrata. Ad spithami longitudinem vix pervenit; *Septembri* floret, D. *Cunningham.*

Euphrasi

Euphraſia *Ind. Or.* purpurea, Satureiæ folio ſcabro ſpicato, calycibus florum magnis ſtriatis. Ab Euphraſiâ pratenſi Satureiæ foliis ſcabris, è *Maderaſpatán. Almag. Bot.* 142. Cujus Icon habetur in *Phytograph. tab.* 177. *fig.* 6. plurimum diverſa; Huic autem Anthyllis altera *Italorum*, quoàd picturam apud *Gerard emac.* 623. multum convenire videtur.

Euphraſia *Maderaſpatána*, Hyſſopi folio, flore amplo purpureo, capſulis plurimis circa caulem ad nodos verticillatim poſitis.

Euphraſia parva Thymifolio procumbens, s. Cratæogonum minimum *Indorum* Arrevenar-pundoe *Sinarum*.

Euphraſiæ affinis *Indiana*, Meliſſæ *Turcicæ* foliis alternis, capſulis, pubeſcentibus trifariam junctis, ſingulis duplici alveolo, duplicem ſeminum anguloſorum ſeriem continentibus, Viciæ Seſamaceæ *Apula* ſiliquarum æmulis, & earum inſtar plurimis in foliorum alis ſeſſilibus. Arrawan-mooca *Malabarorum*. An hæc verò ad Lyſimachiæ non papposæ genus potiori jure accenſeri poteſt? Fortè Onagra *Americana*, folio Betonicæ, fructu hiſpido. *Turnefort. Inſt. pag.* 302. *pl.* 6.

Euphraſiæ affinis puſilla planta, pericarpio lignoſo oblongo, quadrato bivalvi, Hederæ terreſtris minore folio glauco, è *Maderaſpatán.* Nella-mullee *Malabarorum*. Idem eſt cum Aſarinæ foliis, & flore, *&c.* in præcedentibus memorata. Attamen Euphraſiæ affinem Echioidem *Almageſt.* 142. ſub eodem titulo Inſignitam, aliquando invenimus. Vid. *Mantiſſ. fol.* 73. ad imum.

F

FABA Rotunda oblonga, s. Cylindracea minima, pluribus, quinis, ſenis, ſiliquis, uno pediculo exortis; ſive *Hattoniana Moriſ. Hiſt. Oxon. part.* 2. 86.

FAgotriticum erectum *Sinarum*, Perſicariæ folio, floribus in muſcariis, calyce floris carneo.

Perſicaria calyce floris carneo, ſemine triquetro acuminato, ſpicâ floris brevi, & multifidâ, foliis ex latiore baſi in mucronem deſinentibus, ad nodos alternatim poſitis, rarioribus; *Septembri* & *Octobri* floret Natali Solo, Lá-leóu *Sinicè* nuncupatur, D. *Cunningham.*

Fagotriticum rectum *Sinenſe*, Convolvuli minoris folio, ad caulium nodos, appendicibus piloſis auriculato.

Perſicaria calyce floris albo, foliis lanceolatis, auritis, ex nodis alternatim naſcentibus, nodum vero aliud plerumq; foliolum ſubrotundum, hirſutum, quaſi amplectitur; Flores in ramulorum ſummitatibus in muſcariis diſponuntur, quibus ſemina ſuccedunt fuſca, triquetra, & acuminata; Paluſtribus gaudet, & *Octobri* floret *Sinicè* Yá-tién-tching nuncupatur. D. *Cunningham.*

Fagotritico

Fagotritico ſimilis ſpinoſa minor *Sinica*, cauliculis erectis.

Perſicaria calyce floris rubente, foliis lanceolatis major, auritis, & anguſtioribus; caulibus & ramulis ſpinoſis, ſemine nigro ſplendente, triquetro, & acuminato. In duorum aut trium pedum longitudinem excurrit, & in paluſtribus provenit. D. *Cunningham*.

Fagotritico ſimilis ſpinoſa ſcandens, Ari folio latiore *Floridana*.

Fagus *Americanus*, Ulmi ampliſſimis foliis, capſulis bigemellis ex *Provinciâ Mariana*.

FIcus *Malabarienſis*, folio oblongo acuminato, fructu Vulgari æmulo. D. *Syen*.

Ficus arbor Noſtrati ſimilis, fructu nigricante ex Inſula *Crocodilorum*.

Ficus *Ind. Or.* latiori folio *Maderaſpatán*, fructu rotundo, calyculato, ſeſſili. Allamaram *Malabarorum* Hæc autem re verâ Idem eſt cum Peralu, *H. Malab. part* 1. *fig.* 28. Et a Ficu *Americanâ*, latiori folio venoſo, *Almag. Bot.* 144. admodum diverſa.

Ficus *Ind. Or.* Lapathi foliis, fructu parvo orbiculari villoſo, Atteemaram *Malabarorum*. Atti-alu, *H. Malab. part.* 1. *fig.* 25.

Ficus

Ficus *Indica*, Adrachines *Theophrasti* foliis, fructu perexiguo. Culla-Almaram *Malabarorum*.

Ficus fructu oblongo dulci, foliis profundè laciniatis, *Volkamer Flor. Noriberg.* 168. in *Hort. Comptoniano* colitur.

Ficus humilis, Nostrati similis arcuata, s. ramulis incurvis & deorsum flectentibus *Americana*, in *Horto* D. *Darby* conspeximus.

FIcoides Mesembrianthemum majus erectum, folio tritro viridi versus apicem tuberculosum.

Ficoides, s. Ficus humilis, folio triangulari, lucido, obtuso, flore aureo magno. *Flor. Noriberg.* 165.

Ficoides Mesembrianthemum procumbens, folio triquetro viridi, & falcato, omnium maximo.

Ficoides *Africanum*, lato, subrotundo, brevi, serrato, & falcato folio, flore minore luteo; *Prom. Bon. Spei.*

Idem folio subrotundo, summa parte bifido, *Hort. du Boisian.*

Ficoides *Africanum*, foliis ad summitatem dentatis, quâ parte, bina foliola, ad denticulos arctè copulantur. In junioribus foliis, Serræ ita inter se mutuò aptantur, ut bina illorum folia, sibi invicem articulatione quâdam conjungi videntur.

Ficoides

Ficoides Mesembrianthemum procumbens luteum, folio triquetro, longiore, viridi, ad unicum angulum per longitudinem minutissime denticulato. An Ficoides *Africanum*, folio longissimo, nonnunquam denticulato, flore luteo, *Cat.* ad *calcem Paradis. Bat.* Ficoides forte *Africanum* minus procumbens, folio triangulari, nonnihil denticulato, s. spinoso. *Volkamer Fl. Noriberg.* 164.

Ficoides Mesembrianthemum *African.* folio triangulato glauco brevi, serris tuberculosis cum spinulis mitioribus ad angulos marginaliter asperato, flore phœniceo. An Ficoides *Africanum.* folio triangulari brevi, crasso, glauco; *Cat. ad calcem Parad. Bat.*

Ficoides *Africanum* triacanthon, Lycii modo aculeis grandioribus donatum.

Ficoides Mesembrianthemum teretifolium viride, villis roridis splendens, summo vertice spinulis coronato, flore purpureo. An Ficoides *Africanum*, teretifolium spinosum; *Cat. ad Calcem Parad. Bat.* Ficoides *Africana*, erecta teretifolia, nonnihil glauca, summitatibus foliorum spinosis, spinulis in stellam dispositis. *Volkamer. Flor. Noriberg.* 165.

Idem foliis saturate viridibus glabris, spinulis rarioribus coronatum, flore purpureo. *H. du Boisiani.*

Ficoides Mesembrianthemum, prælongo subtereti folio, micis roridis ornato, flore amplo, amœnissimo aureo.

Ficoides *Africánum*, Sedi majoris folio, aliquantulum cavo, punctato, magis acuminato, floribus parvis candidissimis. *Hort. Uved.* An Ficoides *Africana* procumbens, latifolia, annua, floribus argenteis minoribus. *Volkam Fl. Norib.* 165.

Ficoides *Africanum*, Sedi majoris folio, flore ampliore candido, ibid.

Ficoides Mesembrianthemum, tenuissimis vermiculatis foliis *Africanum*, *Hort. Compton.*

Ficoides *Africanum* procumbens, triangulari, lucido longiori ac angustiori folio; *Volkámer Fl. Norib.* in *Horto du Boisiano* cultum conspeximus.

Ficoides *Africanum* erectum folio triangulari, brevi, fimbriato, glauco, *Fl. Noriberg.* 165.

Ficoides peregrina procumbens, maxima, foliis latissimis unà cum caulibus chrystallinâ aspergine ornatis. *Fl. Noriberg. ibid.* An vero nostra caulescit, nondùm nobis innotuit.

Ficoides Mesembrianthemum procumbens maximum, foliis crassis, Lobi alicujus grandioris effigie. *Prom. Bon. Spei.*

Ficoides Mesembrianthemum *Africanum* procumbens, densè fruticosum, folio subtereti, brevi, viridi, flore albo.

Ficoides

Ficoides Mesembrianthemum procumbens, Fritillariæ crassæ fermè foliis, ex *Prom. Bon. Spei.*

Filix mas pinnulis angustioribus, non crenatis, punctis ferrugineis duplici serie juxtà nervum dispositis. *Angliæ* nostræ alumna est.

Filix non ramosa nostras, pinnulis brevibus, acutioribus, integris nonnihil falcatis, punctis ferrugineis ad oras pulverulentis; Hæc nì fallor illa species est, cujus meminit D. *Doody* inter Additiones suas apud *Rai. Synops. Stirp. Britan. app.* 341.

Filix elegans Adianto nigro accedens, segmentis rotundioribus *Raii Synops.*

Filix Adianto nigro *Officinar* similis pediculo viridi, pinnulis magis elegantèr incisis; ex Insula *Cheusân.*

Filix pumila petræa nostras, Adianti nigri foliorum æmula, saxorum interveniis prorumpens.

Filix crispa *Mauritanica*, s. Adiantum album floridum, ramosissimum. Adiantum album *Canariense* ramosius, *Almag.* 11. Item Filix ramosa *Canariens.* Rutæ murariæ pinnulis angustis, altiùs incisis, mediæ costæ alternatim alligatis. *Phytogr. tab.* 291. *fig.* 2. quod est unum & idem; Huic nostræ ut plurimùm accedit. Cui tamen *Osmundæ* more, duo sunt foliorum genera.

Filix florida, s. Osmunda Nostrati similis, ex Insula *Cheusan.*

Filix

Filix *Indica* non ramoſa, pinnulis ſubrotundis, coſtæ adnatis, in averſa parte duplici ſerie punctorum inſignitis, ſummis alis mucronatis. Kari-welli-panna Maravara, *H. Malab. part.* 12. *tab.* 17.

Filix mas Vulgari ſimilis, ex Inſula *Cheuſan*, anguſtioribus alis, ad nervos pinnularum binis lineolis ferrugineis pulverulenta. Huic proxime accedit. Filix mas Vulgari ſimilis *Virginiana*. *Phytog. Tab.* 179. *fig.* 2.

Filix non ramoſa fœminæ pinnulis, medio nervo pulverulentis. *Prom. Bon. Spei.*

Filix non ramoſa dentata in orbem nidum avis exprimentem, excreſcens. *H. L. Bat.*

Filix ramoſa *Ind. Or.* pinnulis ſubrotundis, coſtæ naſcentibus, ad nervos averſâ parte areolis, pulverulenta; ſummis alis mucronatis. Para-panna Maravara, *H. Malab. part.* 12. *tab.* 15.

Filix *Sinenſis* ramoſa elegans, rarioribus pinnis, ſpinulis armata.

Filix mas ramoſa, pinnulis non dentatis, ex Inſula *Cheuſani*

Filicis non ramoſæ genus, pinnulis latius dentatis, ex Maris *Sinarum* Inſula *Crocodilorum* dicta.

Filix

Filix non ramosa major, pinnulis longis, angustis, profundè dentatis, supremâ pinnà longius mucronatâ, è *Maderaspatan.*

Filix non ramosa *Cheusanensis*, pinnulis longioribus, serratis, auriculatis, & falcatis, punctis ferrugineis binis ordinibus aversâ parte adnexis.

Filicifolia Lonchitidis facie *Sinensis*, ad pinnularum nervos, lineolarum ferruginearum duplicem ordinem dorsigerens.

Filix *Cheusanica*, latiori Lonchitidis serrato folio, aversâ parte ferrugineis punctulis refertissimo.

Filix *Floridana*, Thalictri *Monspeliensium* foliis rugosis, pediculo nigro, limbo pinnularum pulverulento.

Filicula s. Bryopteris repens *Sinarum*, inter Filicem & Lycopodium compos, pinnulis aversâ parte, micis argenteis onatis.

Filicula *Sinensis*, elegantissimé plumosa, pediculis perminutis foliolis densé stipatis. Ex *Hollandia Novâ*.

Filix Phyllitis dicta minima *Cheusanensis*, aversa parte, globulis binis ordinibus per longitudinem foliorum instructa.

Filix minor *Sinica*, foliis integris & trifidis, aversâ parte, punctis ferrugineis rarius interspersa.

Filicifolia Phyllitis cauliferæ, similis, trifoliata, ex *Insula Johanna*, *Mantiss.* 81. *pl.* 6. Hujus folia læto virore supernè splendent, infernè vero obliquis pulverulentis areolis, ceu lumbricis ferrugineis virgata sunt. Nella-panna-Maravara, *Hort. Malab. part.* 12. *tab.* 18. proximè præcedenti in *Mantissa*; valdè assimilatur, & forte idem est.

Filix Hemionitis Phymatôdes, (*i. e.*) cum exanthematis pulverulenta, foliis trifidis, & quinquifidis, segmentis angustioribus, in acutissimum & valdè prolixum mucronem abeuntibus, ex Insula *Joanna*: **The Measle-Moon Fern.** Ab Hemionitide maxima quinquefolia, *Plumeri. Tab.* 31. ut & Hemionitide maximâ trifoliâ, *Ejusd. Tab.* 32. in *Almagesto* nostro, 155. recensita, plurimùm diversa. Idem est cum Hemionitide *Mantiss.* 82. *pl.* 1.

Filix Hemionitis dicta, pediculis splendentibus nigris, foliis Asari rotundioribus. *Almag. Bot.* 155. *pl.* 9. Hujus descriptio unà cum *Icone* satis infelicitèr depictâ, habetur apud *Jo. Josselin.* in *Rariorib. Nov'angl. pag.* 65. Multò accuratior *Icon* exhibetur in *Phytograph. nostrâ. Tab.* 287. *fig.* 5.

Filicula *Cheusanica*, s. Hemionitis multifido folio tenuissimè serrato, ad margines seminifera.

Filicula *Africana*, Geranii Robertiani folio magis angulosò. Sub nomine Geranii Robertiani, quodammodo similis, folio magis angulosò, Plantæ *Æthiopæ*, recensetur

tur in *Mantissa* nostra, *fol.* 89. *pl.* 8. Hæc autem procul omni dubio de Filicularum censu estimanda est, plantula peregrinæ elegantiæ, in quo judicio tantò securiùs acquiesco, quo certior sum spectatissimum virum, & amicum meum plurimis nominibus honorandum D. *Carolum* du *Boisium* in cætera ingenii magnitudine illustrem Botanicum, ejusdem mecum esse sententiæ.

Filicula repens Quadrifolii phæi facie, oris spermaphoros, ex *Indiâ Orientali.* Ary-Elle *Malabarorum.*

Filicula juncoides pyxidata, ovatis pyxidibus, summo pediculo horizontaliter pectinatis, *Prom. Bon. Spei.* Sub Junci elegantissimi capitulis pectinatis titulo, depictam invenies in *Phytogr. nostrâ tab.* 95. *fig.* 7. & pro Junco *Capensi* communicavit nobis ipse *Sherardus.*

Filix clematitis *Maderaspatana*, pinnulis Pistolochiæ *Virginianæ* foliorum æmulis, rachi medio húc & illùc undulatim intorto; Hujus pinnulæ aliquando sed rariùs bisectæ inveniuntur. An Tsjeria Valli-panna *Hort. Malab. part.* 13. *tab.* 44.

Filix Clematitis *Malabariensis*, majoribus pinnis auriculatis, per ambitum laciniarum adinstar profundé dentatis; Tsjeru-valli-panna-Warapolii, *H. Malab. part.* 12. *tab.* 33.

Filix scandens Phaseolôdes triphyllos, lobis Sisari foliorum æmulis, ut plurimùm bisectis è *Maderaspatan.* Valli-panna *H. Malab. part.* 12. *tab.* 32.

Filicula

Filicula Clematitis *Sinarum*, Scandicis foliorum æmula.

Fœnum græcum sylvestre primum, *Dodonæi*, *Pemptad.* 547. *Edit. latin.*

FRutex *Cheusanicus* Bardanæ majoris folio minore, Sambucum olens, floribus Jasmini odoris, summo caule in umbellam feré dispositis. Ab eodem sæpius laudato viro, D. *Cunningham* in hunc modum describitur. Frutex est flore albo,monopetalo,infundibuliformi; (tubolongiore) quintifido, stylo staminibus productioribus stipato, abeunte in fructum mollem, seu baccam rotundam cæruleam, plerumq; dipyrenam calyci insidentem quintifido, ex viridi purpurascente; folia fert bina, lata, in acumen desinentia & pediculis longis insistentia, Sambucum vel Scrophulariam olentia; flores vero Jasmini odorem Spirantes. *Septembri* & *Octobri* floret.

Frutex *Sinensis*, Prunifolius, denticulis ad marginem spinosis, aversá parte parum villosis.

Frutex *Cheusanensis* Prunifolio, ad marginem spinulis rarius serrato, Aurantiæ flore hexapetalo, fructu baccam æmulante.

Frutex *Cheusanensis* Myrtifolius, flore albo hexapetalo, Jasmini odore fragrantissimo.

Frutex *Sinensis*, Myrtinis foliis pallentibus, alterno ordine dispositis.

Frutex

Frutex *Sinensis* baccifer, Ligustri foliis, fructu parvo, rotundo, nigro, monopyreno, calyce donato.

Frutex *Malabaricus*, folio auriculis prælongis donato, fructu parvo tuberculoso. An fortè sit de censu Arundineo. An Ana parna *H. Malab. part.* 7. *tab.* 40. Licet enim semina piscium includi dicitur, in hujus descriptione, in picturâ tamen nucleum integrum, intrà pericarpium corticale contineri, & instar aliarum hujus sortis, Nuciferum esse videtur.

Frutex *Cheusanicus*, Pyracanthæ æmulus, non aculeatus, fructu monopyreno nigro.

Frutex *Sinicus* non spinosus baccifer, Pyracanthæ foliis majoribus, fructu parvo, rotundo polypyreno.

Frutex *Marocanus*, subrotundis, solidioribus foliis brevibus, limbis venustè purpureis.

Frutex *Maderaspatanus*, Berberidis folio solidiore, margine lævi, fructu verrucario crinito, plurimis ad foliorum ortus confertim nascentib. Neen-neringy *Malabarorum*.

Frutex *Ind. Or.* cordatis Buxi foliis fructu parvo, calyculato, bacci-capsulari. Conne-maram *Malabarorum*.

Frutex *Cheusanensis* baccifer, Theæ foliis lætè virentibus, flosculis parvis virescentibus, plurimis simùl ad foliorum ortus, ex calyce squammoso prodeuntibus.

Frutex eſt flore minore, pentapetaloide, ex viridi albente, petalis reflexis ſquammatim naſcentibus; ex calyce ſquammoſo prodit piſtillum quadrifidum, quod deinde abit in baccam purpuraſcentem. *Novembri* floret. D. *Cunningham.*

Frutex *Cheuſanicus*, floribus Theæ ex albo carneis, fructu unicapſulari, capſula trifidâ. Foliis Theæ ſed lævioribus, & magis viridibus, nec in uſum adhibendis, D. *Cunningham.* Inſulæ *Cheuſan* Indigena eſt.

Frutex *Sinenſis*, Alaterni longioribus foliis dilutè viridibus, floſculis plurimis, ſquammoſis, ad ortum foliorum cauli appreſſis.

Frutex *Cheuſanenſis* baccifer, Celaſtri foliis rarius dentatis, floſculis parvis, vireſcentibus, plurimis ſimùl ad foliorum ortus, ex calyce ſquammoſo racematim enaſcentibus.

Frutex eſt flore pentapetaloide, petalis ex luteo vireſcentibus, fundo purpureo; ad diviſuras petalorum prodeunt ſtamina brevia, ex luteo vireſcentia apicibus rotundis donata, piſtillum vireſcens abit in baccam calyci hexaphyllo inſidentem: Flores foliorum alis racematim apprimuntur; Folia fert pallidè viridia, craſſa lævia, ſubrotunda & acuminata, crenis raris levitèr inciſa; Guſtûs aſtringentis, parùm ſalſi & amari. *Novembri* floret; D. *Cunningham.* Proximè præcedentis fortè ſpecies eſt.

Frutex

Frutex *Javanensis*, Pyracanthæ foliis longioribus, & mucronatis, flosculis ex alis foliorum in spicam laxiorem pronascentibus; ex Insula *Combuys Javæ* adjacente.

Frutex anonymus quintus *Marcgr. lib.* 2. *cap* 15. Mespilus (fortè) *Floridana*, spinis vidua, Pruni longioribus foliis, flosculis parvis luteolis ad stipitem sessili modo confertis.

Frutex aromaticus Orientalis, Visci foliis, floribus Juliformibus, quæ odoris gratiâ in *Hortis Javanorum* excolitur. Idem est cùm Dammarâ longiori folio *Amboinensi*. D. *Rumphii* in *Navigat. Dampier* recensitâ *pag.* 158.

Frutex Saligneis foliis, caule purpureo, capsularis; ex Floridâ. Aut meliùs Frutex *Floridanus*, Chamænerii foliis, capsula subrotundâ, brevi, pentagona, ad angulos valdé obtusos fimbriatâ; & quinque petalis amœné purpureis, elegantèr coronatâ. An fortè Cistoides quoddam singulare, summis ramulis florigerum; sive Planta ad *Cistos* accedens.

Idem ad sedem foliorum, secundùm caulem *floridum*.

Frutex Maderaspatanus, Mazerei *Arabum* foliis minutissimis crenis asperatis, Roodera-Corumboo *Malabarorum*.

Frutex *Sinensis* Uvæ ursi longioribus foliis, levitèr crenatis ex *Insf. Crocodilorum*.

Frutex

Frutex *Indianus*, Senæ *Florentinæ* foliis, subtùs candicantibus, vasculis oblongis lignosis, in ternas se partes aperientibus, quarum singulæ in binas cellulas divisæ, bina semina membranaceis appendicibus Pinorum instâr alata, includunt. Cedrus *Barbadensis*, alatis Fraxini foliis, huic quodammodo convenit; Et Utraque brevitatis gratiâ, Cedreleta nominari possit, *viz.* Cedreleta *Barbadensium*, alatis Fraxini foliis; Et Cedreleta Senæ foliis subtùs candicantibus, *Maderaspatana.* Purrasummaram *Malabárorum.*

Fruticulus capsularis, majoribus Senæ foliis subtùs cæsiis. Pelandy-cheddy *Malabarorum* & interdùm Nechetty inscriptione, è *Maderaspatan*, transmissum habuimus.

Frutex *Sinensis*, Majoranæ minoribus foliis, pronâ parte candicantibus, venis pullis è directo, & lineolis transcurrentibus elegantissimè delineatis, Insulæ *Crocodilorum.* Hunc pervenustum Fruticem cum plurimis aliis raris & exoticis, ex Insula *Cheusan* acceptum habuimus, ab optimo viro D. *Jacobo Cunninghamo*; Qui apud *Insulanos* cum laude, & successu fælici, Medicinam exercet, cujusq; studio indefesso, in re *Botanicâ*, multùm debetur.

Fruticulus *Africanus* Myrti *Tarentini* foliis sericeis, cauli appressis apicibus; tantùm recurvis, squammoso capitulo molli.

Fruticulus *Capensis*, Salicis pumilæ angustioribus foliis, oris & apicibus foliorum spinosis.

Frutex

Frutex *Africanus*, Geniſtæ aculeatæ foliis recurvis, ſummo capite cæſarie villoſo. An Thymelææ capitatæ genus *Africanum*?

Frutex *Africanus*, foliis parvis Eryngii modo ſpinoſis, ex *Horto Comptoniano*.

Fruticis ambram ſpirantis altera ſpecies; ex *Prom. Bon. Spei.*

Frutex *Sinenſis* monococcos, Rubi foliis parvis, viticulis ſpinulis aſperatis. An Rubus monococcos ſaxatilis alpinus, ex Inſula *Cheuſan*.

Frutex ſpinoſus baccifer *Sinarum*, foliis Pentaphylli quinquifidis.

Frutex *Sinenſis* baccifer Convolvulaceus, Ciſti foliis pubeſcentibns, ad ramulorum nodos confertis: Mareta Inali, *H. Malab. part.* 11. *tab.* 63. ubi pictura exhibetur fructu deſtituta.

Frutex Convolvulaceus ſpinoſus *Sinicus* rotundiorè nervoſo folio, floribus parvis umbellatis, claviculis ligneis binatim donatus.

Frutex *Indicus* ſcandens, folio Mendoni inſtàr in capreolam deſinente, fructu parvo coronato. An forté ſpecies Rotang, & pro genere Arundinis *Indicæ* volubilis *C.B.P.* haberi poteſt. An Panamboe & Panambu-Valli *H. Malab. part.* 7. *tab.* 53. ſub Shevenar *Malabarorum* nobis aliquando tranſmiſſa eſt.

Fruticulus *Orientális* hexapetalos, Lentisci foliis baccicapsularis, caule alato ; Erra-Achuncheddy *Malabarorum.*

Frutex *Cheusanensis* Conifer, foliis Juniperi planis, & teretibus Cupressi, *D. Cunningham.*

FUcus niger longissimus, Setam equinam referens canaliculatus, una parte concava, altera convexa, ex Oris *Mauritaniæ.*

Fucus teres ramosus Pini setis sursùm rigentibus, cinereâ quâdam crustâ, velut gypso creberrimis foraminulis refertâ, obductis ; ex *Virginia* à Domino *Jacobo Marshal*, accepimus.

FUmaria *Sinica*, foliis Chelidonii modo lacinatis.

Fumaria siliquosa, nodosis siliquis, *Insulæ Cheusán.*

FUngus Coriaccus subterraneus, *Mandels. Excerp.* 4.

Fungus Collyricus in putrescenti Salice natus. Ita dictus quod Collyræ *Judæorum* nostratium *Paschali* valdè assimilatur.

Galactoxylon

G

GAlactoxylon *Almag. Bot.* s. Laurifolia arbor venenata *Cat. Jamaic.* Eadem forte Arbor cujus mentionem facit *Maiolus Colloq.* 21. *fol.* 361. his verbis. Non procul à *Malacca* Arbor est, cujus radices cum multæ sint, in varias dispersæ sunt partes, quæ enim ad *Orientem* spectant, Antidotum præbent adversus Venenum quodlibet, febresque pellunt, aliasvè ægritudines, at quæ vergunt in *Occasum*, ipsissimum venenum sunt, valdeque vehemens, ut ita res eadem sit simul Antidotum & venneum. *De rebus Sinarum, p.* 4. *cap.* 17. Item *Gaspar. Schottus* in quarta *part. Magiæ*, Syntagm. 1. *cap.* 2. *pag.* 366, de quâ etiam *Pineda* in *Salamone prævio. lib.* 3. *cap.* 22. cum dicit, Cujus radix multifida oppositas habet virtutes, ita ut fibræ ad *Orientem* spectantes, Antidotum contra venenum, spectantes vero ad *Occidentem*, sint ipsissimum venenum.

Galeata & verticillata *Floridana*, Lysimachiæ siliquosæ glabris foliis conjugatis. Dracocephalo affinis *Americana.*

Galega *Africana* floribus majoribus, & siliquis crassioribus *Turnef.* Instit. 399.

Galeopsis *Cheusanensis* spicata, Sideritidis folio & facie.

GAllium montanum latifolium ramosum. *Turnef, Inst.* 115. Rubia sylvatica lævis, *J. B. tom.* 3. 716. Mollugo montana, latifolia, ramosa, *C. B. P.* 334. Gallium montanum, latifolium, cruciatum. *Fab. Columm. ecphras.* 296.

Gallium Saxatile, glauco folio: *Boccon Mus. pag.* 172. *tab.* 116.

Gallium minus *Cheusanicum*, locis uliginosis innascens.

Gallii lutei similis Herba *Tituanica*, flosculis colore cæruleo fistulosis.

Gallium luteo simile, flore niveo *Mauritanicum*.

GEnista *Africana* foliis perpusillis, Fruticis cincracei muscosi *Breynio* referens, sed magis virentibus.

Genista Spartium aphyllon. *Prom. Bon. Spei.*

Genista trifoliata argenteis, & angustis foliis, *Mauritanica.*

Genista *Africana* monospermos, Ericæ foliis viridibus, flore albicante, ex *Horto Episc. Fulhamiæ.* An forte Spartium *Africanum* frutescens, Ericæ folio, *Hort Med. Amst. part. alt. fol.* 193.

Genista *Africana* platyphyllos, flore luteo, foliis purpureis in capitulo sphærico rotatis.

Genista

Geniſta *Mauritanica* platyphyllos lignoſa, uno ex altero Opuntiæ in modum enaſcente folio, floribus planè aureis. An Geniſtellæ herbaceæ platyphyllos, *J. B. tom.* 1. ſpecies fruticoſa? An Geniſtella fruticoſa *Luſitanica*, latifolia. *Turnefort. Inſtit*, 646.

Geniſta *Mauritanica* fruteſcens, anguſtioribus foliis, quadam veluti articulatione ſibi invicem innaſcentibus. An Geniſtella, fruticoſa *Luſitanica*, anguſtifolia. *Turnefort. Inſtit.* 646.

Geniſta ſpinoſa è *Tingitaniæ* Monte *Mooſa*, floribus parvis croceis floribunda.

Geniſta ſpinoſa minor *Mauritanica*, ſpicâ florum in aculeum deſinente. Ex ea *Mauritaniæ* parte ubi Urbes Feſſa, & Marochum ſita ſunt, delata eſt.

Gentiana major purpurea, *C. B. P.* 187. Gentiana magna flore purpureo, *J. B. tom.* 3. *fol.* 521.

Gentiana major flore punctato, *C. B. P.* 187. Gentiana major flore pallido, punctis diſtincto, *Clus. Hiſt.* 312.

Gentiana major aphyllos, adunco flore purpuraſcens, ex Inſulâ *Cheuſán.* Planta flore Digitalis purpureo abſq; foliis é Terra prorumpens. D. *Cunningham.*

Gentiana (forte) *Nov'eboracenſis* tenerifolio longiori, ſemine orbiculari margine foliaceo.

Gentianella Ascyroides *Malabariensis*, flore cæruleo. An Tsjanga-puspan: *H. Maláb.* part. 9. *tab.* 57.

Gentianella æstivalis *Maroccana*, flosculis parvis ochroleucis.

GEranium *Africanum*, foliis inferioribus Asari, superioribus Staphydis agriæ maculatis splendentibus, & Acetosæ sapore. *Casp. Comel. Prælud. Bot.* 52. In *Hort. Comptoniano* ex seminibus natum invenimus.

Geranium *Africanum*, Hederæ folio anguloso pingui; cauliculis sarmentosis, amplissimo flore; ex Horto *Illustrissimæ Ducissæ de Beaufort* apud *Badmingtoniam* in Comitatu *Glocestriæ* stirpium exoticarum refertissimo. Hederaceæ foliis Plantæ *Lobelio* pictura apud *Parkinson* 679. Huic nostræ quoàd folia, multùm convenire videtur.

GLadiolus *Indicus* palustris latifolius, flore albicante. *Commelin.* Bela-pola *Hort. Malab. part.* 11. *tab.* 35.

Gladiolo affinis *Maderaspatana*, flore luteo, lituris nigris striato.

Gladiolo affinis, s. Gladiolus cæruleus, floribus parvis confertis, spicam compressam, disticham, pyramidalem, efficientibus, ex *Prom. Bon. Spei.* apud *Sherardinas.*

Glauci exiguæ maritimæ similis, plantula *Maderaspatana*, Colerawy *Malabarorum.*

Gnaphalium

GNaphalium *Africanum* minus, foliis brevibus reflexis.

Gnaphalii minoris genus *Sinense*, ex Insula *Crocodilorum*.

Gnaphalium *Monomotapense* pumilum, capitulis squammosis. *Prom. Bon. Spei.*

GOssampinocarpon, s. Planta *Gangetica*, fructu ovato, parvo striato, intus lanugine farcto.

Gossampinophyllon *Africanum*, s. Frutex Taxifoliis brevibus albâ lanugine farctis. An fortè sit species, vel varietas Chamælææ nostræ *Africanæ* Taxifoliæ *Mantiss.* 45. Cujus folia pariter sunt intùs lanugine referta; Ista autem sunt Hujus longè majora. Frutex hic Buh-hu *Hottentotis* dictus Quem in sevo contundunt ad corpora sua ungenda, ut nos monuit Insignis *Botanicus*. D. *Jacobus Cunningham*.

Gossampinophyllon fruticosum *Africanum* triphyllum, Rosmarini angustissimis foliis, alba lanugine farctis, summo caule flosculis glomeratis, ad Genistam nostram *Æthiopicam*, Pinastri foliis triphyllam *Phytograph.* quoàd folio saltem, propiùs accedere videtur.

Gossipium herbaceum, s. Xylon *Maderaspatense* minus, flore sulphureo pentaphyllæum, Paretty *Malabarorum*.

GRamen pratense *Malabaricum*, Tsjama-pullu, *H. Malab. part.* 12. *tab.* 41.

Gramen

Gramen pratenſe *Sinicum*, Amoris paniculâ, ſparſâ, & ſpecioſâ.

Gramen Secalinum, utriculis echinatis. *Hort. Uvedal.*

Gramen Avenaceum *Maderaſpatanum.*

Gramen Avenaceum Nemorale *Sinicum*, Spicâ longâ ſpadiceâ molli.

Gramen Avenaceum *Ind. Or.* Schoenantho affine aromaticum, panicula magna condenſâ.

Gramen Feſtucarium *Maderaſpatanum*, ſpicâ ſpadiceâ, caule tenui, & ſi deorſùm digiti ducantur aſpero. Curkay *Malabarorum.*

Gramen Feſtucarium *Sinicum*, ſpica compactiore, pyramidata, criſtata, ſummo culmo hirſutie pubeſcens.

Gramen s. Feſtuca altera, capitulis duris ſpica longiore. *Bot. Monſp. append. alt.* Feſtuca capitulis duris, ſpicâ longâ ſive duplo longiore. *H. Cathol. Supplem. alt.* Gramen ſpicatum durioribus & craſſioribus locuſtis, ſpicá longiſſimâ *Turnef. Inſtit.* 519. Feſtuca altera, capitulis duris, ſpicâ triunciali. *C. B. P.* 10.

Gramen Typhinum, ſpica longa gracili, *Hort. Uvedal.*

Gramen Typhinum *Maderaſpatanum*, ſpicâ longâ interruptâ Codry-pillòe *Malabarorum.*

Gramen

Gramen *Indianum*, ſpicâ interruptâ, villoſâ, ex Inſulâ *Jóannâ.*

Gramen Alopecuroides *Sinicum* ſpicâ ſpadiceâ, ex Inſula *Cheuſán.*

Gramen Alopecuro accedens, ex culmi geniculis ſpicas cum petiolis longiuſculis promens, *Almag.* 177. & *Phytogr. tab.* 33. fig. 7. Gramen ſerotinum arvenſe, ſpica laxa pyramidali; *Raii. Hiſt. Pl.* Eſt Graminis panicei genus elegans. An Gramen cuſpidatum, tenui, toroſâ, villoſâ, ſpicatâ glumâ, Panici granulis prædita; *Lobelii. Illuſtrat.* 39.

Gramen arundinaceâ paniculâ, ex *Ind. Or.* An Tsjama-pullu. H. *Malab. part.* 12. *tab.* 45. Eodem nomine Gramen pratenſe eorundem in præcedentibus, ab iiſdem inſignitur, licet inter ſe ſunt Valdē diſcrepantia Gramina.

Gramen arundinaceum minus *Mederaſpatanum*, radice repente. An Beli-caraga *H. Malab. part.* 12. *tab.* 47. ubi dicitur plurimis cæremoniis Religione *Bramannum* celebratur hæc planta.

Gramen arundinaceum minus, ē *Maderaſpatan*, panicula eleganti ſpicata, Poopilloë *Malabarorum.*

Gramen arundinaceum *Ind. Or.* panicula non tomentoſa, Pille-curca *Malabarorum.*

Gramen arundinaceum acerosa glumâ, ex Insula *Crocodilorum.*

Gramen tomentosum spicatum, *C. B. P.* 4. Gramen Alopecuros spicâ longâ tomentosâ candicante; *J. B. tom.* 2. 474. Gramen tomentosum, Alopecuros vera *Plinii* & *Theophrasti Hist. Lugd.* 430.

Gramen arundinaceum ramosum plumosum, *C B P. J. B. Hist. Pl.* tom. 2. 476.

Gramen paniceum, spicâ simplici asperâ majus, *Ind. Or.* Pillerysshy *Malabaror.*

Gramen paniceum, spicâ simplici levi, aristis aureis *Maderaspatanum.*

Gramen paniceum, spicâ laxâ *Cheusanense.*

Gramen tremulum minus, locustis parvis triangulis. In pratis primo Insulæ *Jerseiæ* deindè in regno *Galliæ* invenit D. *Sherard. Raii Cat. Exter. Supplem.* 399.

Gramen paniceum *Sinicum*, spica longiore levi, è plurimis spicis conflatâ.

Gramen paniceum polystachion *Sinicum*, binis granorum ordinibus, & binis, granis in eodem ordine, uno versu constante. In Insulâ *Cheusan. Septembr.* 20. 1702. collegit Optimus Vir & Amicus noster honorandus D. *Cunninghamus.* Varrigo-tawly dicitur à *Malabareis.*

Gramen paniceum diſtachyophoren ſpicâ binis granorum ordinibus uno verſu conſtante) Mantiſſ. 94. Tereta-pullu H. Malab. part. 12. tab. 44.

Gramen amoris *Indicum* minus, paniculâ non ſparſa, ex Inſula *Joanna*.

Gramen maritimum *Maderaſpatanum*, Pſyllii capitulis cum ramulis ad genicula prorumpentibus; Oopun-çarragoë *Malabarorum*.

Gramen cyperoides *Americanum*, ſpicis ſpecioſis plurimis compreſſis, ſummo caule abſq; pediculis adnatis, *Phytograph.* tab. 91. fig. 3. Neſcio qua cauſa hanc omiſſam fuiſſe in *Almageſto*, Mottenga *Malabarica H. Malab. part.* 12. *tab.* 52. huic noſtræ in omnibus penè convenit; in eo tamen differt, quod radices glanduloſæ non ſint in noſtra, ſed fibroſæ.

Gramen cyperoides *Maderaſpatanum* minus, paniculâ compactiore, ſummo caule trium foliorum in ſinu ſeſſili. Mulen-pullu H. *Malab. part.* 12. *tab.* 54. Graminis Cyperoidis ſpecies minor *Indiana*, paniculâ Junci compactâ, Shegapu Corea *Malabarorum Mantiſſæ* 96. Huic noſtræ propius accedit.

Gramen Cyperoides *Maderaſpatanum*, paniculâ magnâ inſignitèr ſquammata. Ira *H. Malab. part.* 12. *tab.* 55. Gramen Cyperoides *Marianum* habitioribus teretibus, & compactis Cupreſſi formibus ſpicis, ad ſummum caulem pediculis innitentibus, *Mantiſſ.* 97. Huic maxime convēnire videtur.

Gramen

Gramen Cyperoides majus *Malabaricum*, summo caule ex unâ panicula plures proferens. Ira sivè Baluri H. *Malab. part.* 12. *tab.* 56.

Gramen Cyperoides *Ind. Or.* latiore folio striato, summo caule paniculis paleaceis. Beera-Kaida H. *Malab. part.* 12. *tab.* 58.

Gramen Cyperoides *Ind. Or.* spicis ex communi centro plurimis, Alopecuro accedentibus, summo caule paniculatis. Kol-pullu *H. Malab.* part. 12. *tab.* 63.

Gramen cyperoides *Indianum*, foliis variè adumbratis, paniculis Graminis pratensis minoris *Nostratium*, ex alis foliorum prodeuntibus. Tsjolap-pullu H. *Malab. part.* 12. *tab.* 67.

Gramen Cyperoides *Malabaricum*, tenui paniculâ sparsâ. An Wara-pullu, *H. Malab. part.* 12. *tab.* 42.

Gramen Cyperoides *Cheusanense*, tricephalon, globulis echinatis.

Gramen Cyperoides parvum tricephalon, ê *Regione Maderaspatân.*

Gramen Cyperoides parvum *Sinicum*, capitulo globoso, ad summum caulem inter quatuor foliola sessili.

Gramen Cyperoides *Floridanum*, spicis in summitate teretibus, brevibus, & compactis.

Gramen

Gramen Cyperoides *Maderaſpatanum*, capitulo grandiore ſimplici, globoſo, candicante, ad ſummum caulem medio foliorum ſeſſili. Pee-Mottenga *H. Malab. part.* 12. *tab.* 53. Hujus minor ſpecies recenſetur in *Mantiſſâ* noſtrâ, *fol.* 98. *pl.* 2.

Gramen Cyperoides haliſcacabum, s. *Floridanum*, ſemine albo triquetro, Veſiculis inflatis, ſummo caule glomeratis, incluſo.

Gramen Cyperoides *Ind. Or.* capitulo ex pluribus apicibus coagmentato.

Gramen Cyperoides *Maderaſpatanum*, Cyperi paniculis viridifuſcis, radice irrepente. An Potta-pulla *H. Malab. part.* 12. *tab.* 50. Cum hoc Gramine ædes obteguntur, Incolas per biennium contra aëris æſtus, Ventorumque injurias, ſartos & integros ſervans.

Gramen Cyperoides *Maderaſpatanum*, Junci paniculâ ſparſâ, Kaden-pullu *H. Malab. part.* 12. *tab.* 48.

Gramen Cyperoides Junci capitulis, s. Gramen parvum Junceum erectum, vel Holoſteum ſtrictiſſimis foliis glabris, *Maderaſpatanum*; Chendoe-curry-pille *Malabarorum.* Hujus ſupini & hirſuti generis Icon, habetur in *Phytograph.* noſtrâ, *tab.* 299. *fig.* 3.

Gramen Junceum caule compreſſo, nodis nigricantibus. *Prom. Bon. Spei.*

Gramen Cyperoides *Maderaspatanum* minimum, Ischæmi paniculis cum aristis.

Gratiolæ affinis *Maderaspatana*, foliis oblongis leviter crenatis, capsulis splendentibus atris. Neer-culla *Malabarorum*.

Gratiolæ affinis *Floridana*, Digitalis æmula, Salicis angustis longioribus foliis, floribus & capsulis in spica brevi, longis pediculis ex foliorum alis prodeuntibus innixis.

H

HEDERA arborea *Cheusanensis*, vulgari similis, sed foliis perangustis.

Hedera *Cheusanensis* Glycyrrhizæ foliis rigidioribus.

Hedera arborea *Cheusanensis* baccifera, foliis Ulmi.

Hedera trifolia baccifera *Malabarensis*, *Comelin. Not.* Kareta-Tsjori-valli, *H. Malab. part. 7. tab.* 45. Taua-Cotanmaram *Malabarorum*.

Hedera Quinquefoli *Canadensia* similis scandens, ex Insula *Cheusán*. An fortè Belutta-Tsjori-valli, *H. Malab. part.* 7. *tab.* 10.

Hedera

Hedera baccifera *Maderaspatana*, foliis plurimis ad genicula caulium prodeuntibus. Mareta Inala *H. Malab. part.* 11. *tab.* 63. *vid.* inter *Frutices.*

Hedera terrestris Vulgaris minor, foliis eleganter variegatis.

HEliotropium minus supinum. *C. B. P.* 253.

Heliotropium minus Majoranæ foliis, *Ind. Or.* Codeir podela *Malabarorum.*

Helleborine Calceolus *Mariæ* dicta *Caroliniensis*, bifolia, lateralibus florum petalis prælongis admodum, & angustissimis.

Helleborine *Floridana* biflora, purpureo flore, caule & foliorum nervis hirsutie pubescentibus.

Helleborine *Malabariensis*, Calceoli *Mariæ* foliis, floribus parvis rubris, in spicam longiorem digestis. An fortè Basaala-poulon-Maravara, *H. Malab. part.* 12. *tab.* 27.

Helleborus albus minor botrytis, Ephemeri Phalangoides foliis, magna sui parte caulem vaginantibus, floribus atropurpureis, ex *Angola Mantiss.* 101. Huic fortè spectat Elleborinè botryoides, s. Alisma racemosum *J. B. tom.* 3. *fol.* 517. Helleborine altera, flore atrorubente, *C. B. P.*

Herba

HErba *Maderaspatana* Violæ Martiæ longiore folio glabro, spica florum Ephemeron *Matthioli* æmulante.

Herba *Maderaspatana* spicata, foliis superioribus Agerati conjugatis, inferioribus plurimis tenuissime divisis, ad nodos circà caulem radiatis, capsulâ parvâ subrotundâ, seminibus nigris minutissimis refertâ. *Spicam suam Euphrosynes instar emittit.*

Herba trifoliata *Sinensis*, Sisari folio.

Herba convolvulacea longiore folio trinervi, Zarza parillæ similis *Maderaspatana.*

Herba parasitica *Barbadensis*, sanguineum liquorem fundens. An fortè *Flabia*, Amoris herba *Marci Aurelii* Imperatoris. Cum enim ipse Imperator Philosophus ad *Antigonum* scriberet, de *Flabia Herba*, meminit in hunc modum. Agens ego (inquit) septimum suprâ Vigesimum annum, degebam in Insula *Cethir*, cui & *Cypri* nomen est; Ibi Mons est admodum excelsus *Arcadius* nomine; in eo *Flabia* nascitur herba cui inditum a Naturâ est, ut si excidatur, emanet ab eâ liquor sanguineus tepescens, quo dum tepor durat, si quis ab alio contingatur, occultâ quâdam ratione, trahitur in amorem ejus qui tetigerit: At si is succus refrixerit, eoq; quisquam contingatur, amoris refrigerationem, benevolentiæq; aversionem inducit. Hæc retulit *Modognetus in Vit. Marci Aurelii lib.* 3. *cap.* 10.

Herba *Maderaſpatana*, Lentiſci teneriorибus foliis, quaſi perforatis. An Hyperici ſpecies *Indiana*.

HEſperis *Africana* villoſa, flore cæruleo, *Turnef. Inſt.* 223. Leucoium *Africanum*, cæruleo flore latifolium, hirſutum; *H. L. Bat. pag.* 364.

Heſperis ſylveſtris anguſtifolia, flore parvo, *Park.* Heſperis ſylveſtris flore parvo, *C. B. P.* An rectius ſit Leucoium.

Heſperidi affinis dipetalos, ſiliqua brevi *Malabarienſis*; Kondam-pallu H. *Malab. part.* 9. *tab.* 31.

HExapetalos peregrina, ex *Florida*. Bulboſa forſan.

HIeracium *Cheuſanicum*, Rapiſtri foliis glabris, ramoſo caule, floribus parvis luteis. Planta eſt flore radiato, cujus diſcus ex floſculis luteſcentibus, & fuſcis, quintifidis, (ſummitatibus reflexis) ſtamine floſculi unico ſtriato, & quadripartito, cum duobus apicibus luteis, circulariter reflexis, annuli inſtar, corona vero ex ſemifloſculis luteis, octo plerumque compoſita, embryonibus inſidentibus, Et calyce oblongo, tenui, & multifido comprehenſis: Embryones autem deinde abeunt in ſemina pappis inſtructa; Foliis Hieracii lævibus, & laciniatis, caulibus ramoſis, in quatuor vel quinque pedum altitudinem aſſurgens. *Novembri* floret, D. *Cunningham*.

Hieracium *Cheuſanenſe*, Sonchi laciniatis foliis.

Planta eſt flore luteo floſculoſo, plurimis floſculis conſtante, multifidis, (ex quibus prodit ſtamen longiùs bifidum) embryoni inſidentibus; Et calyce cylindraceo multifido, comprehenſis; Embryo autem deindè abit in ſemen pappis inſtructum; Folia alternatim cauli adhærent, abſq; pediculo, laciniata, & oblonga, & flores in ramulorum faſtigiis; *Octobri* floret, D. *Cunningham*.

Hieracium Chondrilla dictum, Sonchi folio, viminalibus virgis *Maderaſpatan*. Severoo-Molingù *Malabarorum*.

Hieracium fruticoſum Sonchites *Siculum*, foliorum limbis ſpinulis aſperatis, floribus parvis, ſummo caule quaſi in Umbellam ſitis. An Virga aurea foliorum limbis aſperatis, *Cupani?* Quæritur à *Sherardo*.

Hieracium *Siculum*, s. Chondrilla Dentis Leonis folio, floribus luteis in ſpicam laxiorem diſpoſitis.

Hieracium *Chauſanicum*, foliò anguſtiore, oblongo integro, ſubtùs cœſio, floribus parvis luteis, *Octobri* floret.

Hieracium *Virginianum*, Cichorei foliis, calyce barbato. **Yellow Succory** *Noſtratibus* dictum.

Hieracium minus, Chondrillæ foliis, ex Inſulâ *Cheuſan*.

Hieracium minus *Cheuſanenſe*, anguſtis Scorzoneræ foliis, floribus numeroſis.

Holoſtii

HOlostii majoris haùd absimilis, Herba *Maderaspatana* spicata, folio secundùm caulem singulari; Neer-pod *Malabarorum.*

HOrminum minus Betonicæ folio, flore purpureo, ex Provinciâ *Floridana.*

Horminum *Sinense*, Stachydis alatis foliis, flore purpureo; Neru-teala *Sinarum.*

Horminum *Sinense* triphyllon, Caryophyllatæ foliis, spica florum Galeopseôs legitimæ *Dioscoridis*, Quod D. *Cunningham* sic describit.

Planta flore purpuro-violaceo, monopetalo, labiato, piloso, cujus labium superius falcatum est, inferius vero in tres partes divisum, mediâ Cochlearis instâr excavatâ, cum duobus vel tribus staminibus versùs labium superius prodeuntibus; Calyx parùm pilosus purpurascit, Et quasi labiatus, cujus labium inferius bifurcatum. Folia fert Betonicæ similia versùs radicem, ex uno pediculo terna, *Septembri* floret.

HYacinthus parvus *Orientalis*, porraceis foliis, Cautoc-canna *Malabarorum.*

Hyacintho affinis *Floridana*, caulescens ramosa, gramineo folio, flosculis parvis fistulosis, pallidè purpureis, summis oris fimbriatis, vasculis seminalibus tetragonis.

Hyacinthus *Floridanus* spicatus, foliis tantùm circà radicem brevibus, elato caule, floribus albis parvis, striatis,

tis, & veluti lanugine s. pube quâdam elegantissimè crispatis.

HYpecoi altera species, C. B. P. Hypecoum siliquis propendentibus, non articulatis bivalvibus; *Morison. Hist.* 2. 279. Cuminum sylvestre siliquosum, *Ponæ Hist. Lugd.* Hæc autem unà cum Hypecoo siliquis erectis articulatis, licet inter se discrepant, Utræq; fortè, nullibi aptius quàm Papaverum classi averruncandæ sunt.

Hypericum Ascyrum dictum *Cheusanense*, Gummiferum, longissimis foliis, thecâ seminum pyramidatâ, ex calyce polyphyllo quinque capsulari. *Gummi ut Masticben fundit.*

Ascyri species, flore rosaceo, fructu pyramidato quinque capsulari, ex calyce polyphyllo surgente, (gummi subflavum & lucidum Mastiches instar fundente) seminibusque fæto, oblongis & exiguis, folià fert absq; pediculis, è regione bina, angusta, longiora, & lævia, caule quadrangulo; Ad trium vel quatuor pedum altitudinem *natali Solo* assurgit, D. *Cunningham.*

Hypericum tomentosum *Carolinianum* erectum, foliolis binatis ad caulem strictissimè appressis, & decussatim positis, sempervirens.

HYssopus montana, *Ponæ* folio subtùs azureo.

Jacea

JACEA *Tituánica*, Raphani rusticani foliis variis, capite magno singulari, An fortè Stoebes, an potius Centaurii majoris species, squammatis capitulis, argenteo nitore splendentibus.

Jacea Stoebe foliis, alato caule peregrina, *Hort. Uvedal.*

Jacea altera *Babylonica*, floribus luteis paniculatis; apud Collectaneas D. *Sherardi.*

Jacobæa *Sinica.* Irionis *Apulæ* folio, ex Insulâ *Cheusan.*

Jacobæa *Africana* frutescens, foliis rigidis, & hirsutis, *H. Amst. part. alt.* 149.

Jacobæa *Monomotapensis* spicata; *Breynii, Cent.*

Jacobæa *Africana*, Coronopi folio, *H. Amst. part. alt.*

Jacobæa maritima, Senecionis folio crasso, & lucido *Massiliensium*, *Turnef. Inst.* 486.

Jacobæa *Sicula*, Glasti folio, *Turnef. Inst.* 486. Jacobæa *Ætnea* Glastifolio, leviter dentata umbellifera, *Hort. Catholic.*

Jacobæa Cortusæ *Matthioli* foliis, *Africana*, ex *Prom. Bon. Spei.*

Jacobæa Eryngii campestris folio, & facie; *Prom. Bon. Spei.*

Jacobæa multifida umbellata annua, *Bocconi* de *Plant. Sicul.*

Jacobæa Hieracifolio glauca, floribus numerosis aureis, *Africana.* Jacobæa *Africana* perennis, integro, obtuso folio, glauco; *Volck. Fl. Norib.* 226.

Jacobæa Chrysanthemi Cretici folio glauco, *Turnef. Instit.* 486.

JAsminum *Zeylanicum*, amplissimo Coryli folio, non dentato, floribus albis odoratis.

Jasminum Coryli dentato folio *Maderaspatana*, Viminibus lentis.

Jasminum *Japonicum*, Blattariæ folio, floribus tetrapetalis, & pentapetalis cæruleis, summo caule in Umbellam sitis.

Planta est flore cærulescente, tetrapetalo, & pentapetalo, umbilico purpurascente, absque calyce, foliis latioribus ex adverso binis, subrotundis, acuminatis, & serratis. *Maio* & *Junio* natali solo floret, ad caulis summitatem in umbellâ quasi fert flores. Ex Insulâ *Japoniâ Sinicè* Seu-kiu-hoa dicitur, D. *Cunningham.*

Jasminum arboreum *Maderaspatanum*, Bucananthi folio incano, floribus purpureis, longo tubo donatis.

Jasminum

Jasminum *Sinense*, foliis venosis floribus purpureis Schetti instar longissimo tubo donatis, ex Insulâ *Crocodilorum*.

Jasminum *Virginianum* erectum, Cerasi ampliore folio, floribus parvis atropurpureis, in umbellam positis.

Jasminum Lauri *Alexandrinæ* foliis scansorium, floribus albis parvis fragrantissimum, *Hort. Badmingtoniani*.

Jasminum Azoricum trifoliatum lucidum, acuminatis foliis, flore albo odoratissimo, flexilibus & obsequiosis Virgulis. A Jasmino flavo odoratissimo maximè diversum.

Jasminum *Maderaspatanum*, Lentisci folio pentaphyllon, & heptaphyllon, floribus tetrapetalis comosis, staminibus plurimis refertis, baccas ferens. Unangoree *Malabarorum*.

IBeris humilior annua, *Floridana* non ramosa.

ILex *Cheusanensis*, Lauri folio leni, subtùs incano, glande parvo, & præ lævore nitente, calyce rugoso. D. *Cunningham*.

ILicis latiore folio facie, Arbor *Maderaspatana*, Neeradymeram *Malabarorum*.

ILex *Sinarum*, longioribus foliis, à summo ad medium usque in margine serratis; ex Insulâ *Cheusan*.

Incognita

INcognita angustis foliis è regione binis, flore unico papilionaceo, ex sinu foliorum longo pediculo insidente.

IRis *Africana* versicolor, pumila, plicatis & hirsutis foliis, radicè bulbosâ.

Iris tuberosâ pratensis angustifolia, folio fœtido, *C. B. P.*

Iris tuberosa, folio angulosso, *C. B. P.*

JUncellus *Maderaspatanus* tricephalos, capitulis compactioribus, acumine longo, simplici reflexo.

Juncellus *Malabaricus* tricephalos, capitulis compactis, summo caule unico foliolo cinctis. Motta-pullu *H. Malab. part.* 12. *tab.* 38.

Juncus *Sinensis*, paniculis parvis conglobatis, acumine singulari integro.

Juncus parvus *Sinensis*, panicula sparsâ, caule foliaceo compresso.

Juncus *Africanus* nigrinodus, cum pericarpiis splendentibus, fuscis.

Juncus *Africanus* nigrinodus, spicâ laxa nigricante.

Juncus *Africanus* nigrinodus, paniculâ compactiori, plurimis spiculis intortis conflatâ.

Juncus

Juncus parvus *Africanus* nigrinodus, ſpicâ longiore compactâ.

Juniperus major Oxycedro ſimilis, baccâ grandiore oblongâ, rufâ; cæruleſcente polline aſperſâ. Juniperus major baccâ cæruleâ, *C. B. P.* 489. Juniperus maximus *Illyricus*, cæruleâ baccâ, *Lob. Icon. tom.* 2. 223. Vidi apud Collectaneas *Sherardinas*, hoc nomine inſcriptum, viz. Juniperus major, Cedrus *Phoenicea* dicta, baccâ majore, oblongâ rufâ, cæruleſcente polline aſperſâ.

Juniperus *Barbadenſis* Cupreſſi folio, ramulis quadratis. *Almag. Bot.* 201. & *Almag. Bot. Mantiſſ.* 109. De hac Arbore forſan Interpretari licet quod dicitur; In regno *Congiano* tanta copia, tantæque magnitudinis, ut indè naves conficiant. *part.* 1. *Ind. Orient. lib.* 2. *cap.* 1. & in Inſula *Tercerâ* Scaphæ, Currus, rhedæ, & hujus alia opera extruunt, *part.* 3. *Ind. Or. cap.* 6. Sic in *Andes Novæ Hiſpaniæ* ſumma copia, ubi alia alba, alia roſea, & fragrans, *Joſ. Acoſt. lib.* 4. *cap.* 3. ubi de Cedro admiranda verba facit; Provenit etiam in *Virginia*, & *Floridâ*, *C. B. P.* 491. Et fortè ſit eadem Arbor quam *Alexander Cornelius Æonem* appellavit, ex quâ facta eſſet *Argo*, Navis illa famoſiſſima, quæ nec aquâ nec igni poſſet corrumpi, nulli alii cognitam (inquit *Plinius*) quod equidèm ſciam, *lib.* 13. *cap.* 22.

Juniperi folia Arbuſcula *Cheuſanenſis* Conifera, foliis variis Cupreſſi ſquammoſis, & Juniperinis, D. *Cunningham.*

K

KALI minus *Sinense*, plurimis ramulis polyspermon.

Kali (fortè) an Blitum, Atriplex dictum, *Maderaspatanum* teretifolium; Collar-wallowy *Malabarorum*.

Kali frutex, tenuissimis vermiculatis foliis peregrinum, ex *Horto Comptoniano*.

Kali geniculato affinis, *Indiæ Orientalis*. Coral-pundoo *Malabarorum*.

Kali spinosum cochleatum *Sinicum*, in sabulosis proveniens locis.

Planta est maritima, ramosa, in sabulosis proveniens, foliis teretibus in aculeum desinentibus, alternatim positis, caulibus rubentibus, & striatis, radice lignosâ, & fibrosâ; Flores foliorum alis singuli, aliquando bini adhærent, & versus ramorum cacumina, in spicam quasi dispositi; Flos primo aspectu pentapetalos apparet, fundo incarnato, petalis albentibus, rigidis, membranaceis, quorum tria ferè cordiformia, & duo magis angusta, (strictè loquendo nec petalôdes neque stamineus dici potest, quia fit seminis involucrum; Et staminibus caret) sed reverâ monopetalos, quintifidus, cujus divisionibus ita adnascuntur appendices,

dices, & conjunguntur in umbilicum, ut floris fundum mentiantur, quibus dilatatis, in fundo floris vero, & membranaceo, quasi capsulâ conspicitur semen unicum, rotundum, membranâ tenui obductum, quâ sublatâ, observare est semen ipsum, confici, ex filo viridi hinc indè spiralitèr contorto, in figuram sphæricam ; Floris calyx quasi Campaniformis, & squammosus, plerùmque quadrifidus, aut quintifidus, in aculeos inæquales desinens, *Octobri* floret ; Kali est species, *Sinicè* Sha-sin (i. e.) in arenis nascens : Ad oram maritimam Insulæ *Tow-whey-san* dictæ provenit, D. *Cunningham.* Kali spinoso Vulgari haùd absimile. Ego non invenio (inquit *Banisterus*) hujus semen ab ullo Autore ritè descriptum esse ; Grani tritici colore simile est, sed duplo minus, figurâ conoideâ & turbinatâ quemadmodum Cochleæ, secundùm Solis cursum.

Kali (forte) genus Herba *Sinensis*, rotundiore Bliti folio, striato, caule, ad genicula plurimis barbulis ornato ; Tounde-pundoe *Sinensibus* dicta ; Huic autem haùd parùm convenire videtur Anonymos nostra *Americana*, foliis Parietariæ scabris, floribus albis ad foliorum Ortum vix conspicuis, in *Phytogr. tab.* 136. *fig.* 4. depicta.

Kali Curassavico haùd absimile, foliis subrotundis, è *Maderaspatan.* Pehindooe *Malabarorum.*

KAtsjula-Kelengu H. *Malab. part.* 11. *tab.* 41. Planta bifoliata, radice tuberosa, flore tripetalo difformi *Malabariensis. Commelin in locum.* Huic plantæ consimilis, acaulos, sub nomine Contrayervæ ex Insulis *Philippinis* nuperrimè allata est.

KAuki *Indorum Breynio* ſimilis, Arbor ex Inſulâ *Crocodilorum.*

KInſu, s. Byſſini aurei Herba *Sinenſium*, *Almag. Bot.* 203. An Herba Yú ex quâ ſub *Quangſi* in *Chincheu Incolæ* pannos ſericum ipſum ſuperantes conficiunt, *Mantiſſ.* fol. 3. vid. *Ogilv. Chin. tom.* 2. 684. Kim-Kaw-ia (i. e.) canis rufi capillos, nonnullis *Indis* nuncupatur *vid. Ogilv. Chin. tom.* 2. *fol.* 13. de Inſula *Formoſâ.* Ubi Vir quando matrimonium cum fœminâ contrahere vellet, hos capillos inter munera Nuptialia mittit, ex quibus prætextum conficiunt mulierculæ ad frontem, & ſua tempora ornandum, quod Ornamentum Ayam-Maniang vocant Indigenæ *Formoſani.*

L

LACTUCA ſylveſtris latiori folio *Floridana.* An Lactuca ſylveſtris *Peruviana*, *C. B. P.* 123. Hùc fortè ſpectat Lactucifolia renalis, *ejuſd. C. B. P. ibid.* Herba ad Renum morbos utilis, *Monard.* & *Hiſt. Lugd.*

LAmium floribus in verticillis ad caulium nodos, *Raii Stirp. Brit. pag.* 130.

Lamium ſylvaticum ſpicatum fætidum, folio anguloſo minus. *Angliæ* noſtræ Sylvicola eſt.

Lamium *Tituanicum*, longiore mucronato folio, floribus ex candido & croceo mixtis.

Lamium

Lamium purpureum *Cheusanense*, s. Galeopsis folio subrotundo trifariàm diviso, Vid. Horminum.

Lamium rubrum minus *Sinense*, villosis foliis, ex Insulâ *Cheusan.*

Lamii rubri similis *Malabarica*, radice glandulosâ eduli. Kurka, H. *Malab. part.* 11. *tab.* 25. Insula *Ceylonensibus* dicta.

Lamium album minimum *Sinense*, flosculis in summitate sitis.

LApathi Anthoxanthi summis ramulis aliquatenus accedens, Planta caustica *Ind. Or.* Kalureve *Malabarorum*, *Mantiss.* 112. Hujus & altera species datur omnibus sui partibus multò major, Conneta-poondoe à *Malabareis*, nuncupata, & sub Anonymi titulo in praecedentibus racensita. Kalureve autem & aliquando Coluree *Malabarorum*, hujus minor species, vel varietas inveniri potest in *Almagesto* nostro sub titulo Anonymi Linariae folio *Orientalis*, Gallii lutei flore, Herbae capsularis verticillatae, *fol.* 33. *pl.* 11. & ipsius Icon affabrè exsculpta in *Phytographia*, *tab.* 136. *fig.* 2. Lapathum autem Anthoxantho simile *Maderaspatanum*, *Almag. Bot. fol.* 205. *pl.* 9. ab utraque plurimum differt, & re verâ Lapathum est, & fortè Rhabarbari species.

Lappula Agrimonia dicta minor *Sinica*, spicâ florum magis ramosâ.

Lappula *Malabarica* pentapetalos ſpicata, foliis oblongo rotundis, floribus villoſis monopyrene. Pupalvalli *H. Malab. part.* 7. *tab.* 43.

Lappula *Maderaſpatana* monoſpermos ſpicata, Amaranthi folio molli, lappulis tomentoſis. Wellia-Codiveli *H. Malab. part.* 10. *tab.* 59. Vellanagumyoy *Malabarorum.*

Lappula *Indiana*, Altheæ folio, flore parvo purpureo tubuloſo. Neer-Tuty *Malabarorum.*

LAthyro congener *Ind. Or.* ſ. Catanance leguminoſæ quorundam adfinis, anguſtis foliis, è regione binis, flore unico papilionaceo. ex ſinu foliorum longo pediculo inſidente.

LAvandulæ facie, Planta aromatica, argenteis foliis ex Inſulâ *Crocodilorum*. An fortè Aſter *Africanus* fruteſcens, Lavendulæ folio, flore purpureo, *H. Amſt. part. alt.* 57.

LAureola ſempervirens *Cheuſanica*, floribus ex albo virentibus. Jaſminum humile erectum, flore albicante, foliis integris. D. *Cunningham.*

Laurifolia *Ind. Or.* An fortè *Rhaphani*, dicta Hippomagneſia, s. Planta equos attrahens, de quá *Plinius*, *lib.* 12. *cap.* 8. Quæ equos etiam invitos attrahere, & adducere dicitur, non tamèn alia animantia ; Id quod experimento contigiſſe dicitur *Alexandro magno*, dum equo ſuo inſederet, quem Arbor prædicta ad ſe traxit, ut refert *Majolus Colloq.* 21. *fol.* 365. ex *Plinio*, *loco citato.*

Verba

Verba *Plinii* sunt. Contermina *Indis*, Gens *Arriana* appellatur, *&c.* Ibi & Frutex pestilens *Rhaphani*, folio Lauri, odore equos invitante, qui pene equitatu orbavit *Alexandrum* primo intuitu, quod & in *Gedrosis* accidit. De hujus Arbore mentionem fecit *Gasparus Schottus* in Physic. Curios. 1348. & in *part.* 4. *Magiæ lib.* 4. *cap.* 2. *pag.* 434. Quod per veram Sympathiam propter effluvium alicujus qualitatis, & spirituum equis gratum contingere probabilius existimavit; Ideoque Hippopothos sive Desiderium equorum Arbor hæc nominari mereatur. Ab Achæmenide *Indorum Democriti*, ut in eodem *Plinio* recensetur prorsus aliena; Hanc enim equi adeo aversabantur, ut Hippophobada eadem appellabatur, quoniam equæ præcipue caveant eam.

Laurus *Cheusanensis* aromatica, Camphoriferæ haud abludens foliis, subtus rore cæruleo tinctis.

Lauri folio subtus cæruleo Arbor, Tulipiferæ adinstar ex *Sinarum* regione.

Lauri *Africanæ* odoratæ similis, serratis foliis, è *Maderaspatan.*

LEns minor Elatines fæminæ foliis alternis, splendentibus, glabris, è *Maderaspatan.*

Lens Elatines folio singulari, minor pilosa, floribus luteis, è *Maderaspatan.*

Lens phaseolòdes *Floridana*, dispermos, siliquis ex uno pediculo plurimis.

Leucoium

LEucoium *Africanum*, cæruleo flore latifolium, hirſutum, *H. L. Bat.* 364. Heſperis *Africana* villoſa, flore cæruleo. *Turnef. Inſt.* 222.

Leucoium incanum, ſiliquis ſubrotundis compreſſis, *Hort. Uvedal.* Leucoium alyſſoides clypeatum minus, *C. B. P.* 201. Leucoium peltatum *Romanum* minus, *Fab. Columnæ* ecphraſ. *part.* 2. *pag.* 58. & 60. Lunaria Leucoii folio, ſiliqua oblongâ minore, *Inſtit.* 218. *vid. Almag.* 215. *pl.* 3.

Leucoium Thlaſpifolium ex *Florida.*

Leucoium maritimum minus incanum, & elegans *Maurorum.*

LIlium nanum, flore unico rubro ampliſſimo, triplici petalorum ſerie ornato; Hanc elegantem plantam in *Medii Templi Horto*, curâ honeſti Viri *Caroli Garneri* cultam conſpeximus.

Lilionarciſſus floribus albis gemellis, longo trubulo donatis, ex utriculo membranaceo prorumpentibus; Narryvangaygam *Malabarorum.*

Lilium Convallium anguſtifolium *Raii*; *Synops. Stirp. Brit.* 148.

LInaria *Mauritanica*, rarioribus foliis, flore vulgatæ luteæ, ſed multò minore. An fortè Linaria *Pannonica*, flore luteo minore, quam in vulgari, *J. B. tom.* 3. 458.

Linaria

Linaria minor erecta *Floridana*, cæruleo flore. Fortè Linaria minor cærulea recta; *Park. Theatr. Bot. fol.* 460.

Linariæ similis, Arbuscula *Canariensis*, latiore folio viridi.

Linum perenne majus cæruleum, capitulo majore *Morison.*

Linum maximum *Africanum*, flore cæruleo *Volckam. Flor. Noriberg.* 260.

Linum minus *Floridanum* ramosius, flore parvo, luteo.

LOtus *Africanus* major, floribus atropurpureis. An Lotus *Africanus* frutescens, flore spicato rubicundo, *H. Amst. part. alt.* 167.

Lotus major *Africanus*, longioribus & angustis foliis, floribus in fastigio ramulorum ex aureo & atropurpureo insignitis. An Lotus angustifolius, flore luteo purpurascente Insulæ *Sti. Jacobi*, *Hort. Amst. part. alt. fol.* 165.

Lotus angustifolius minor *Maderaspatanus*, siliquis parvis hirsutis.

Lotus fruticosus Thymi montani foliis, cauliculis cinereis, è *Maderaspatán.* Shevanar-Weembooe *Malabarorum.* Manelli *H. Malab. part.* 9. haud multum dispar.

Loto & Coluteæ compos, in costa foliorum, & margine pilosa. Tsjovanna-Manneli *H. Malab. part.* 9. *tab.* 38.

Loto affinis fruticosa, foliis perexiguis, siliquis sursum spectantibus. Ab hac parum distat Nil, s. Anil sylvestre Cynanchicæ foliis *Bisnagaricum*, in *Phytographia* nostra depictum; *tab.* 101. *fig.* 6.

Loto affinis altera species sive varietas, foliolis aliquantulùm latioribus. Bongela-chedde *Malabarorum*, Manneli fortè *H. Malab. part.* 9. *tab.* 37. est hæc planta; Quam Genistellæ tinctoriæ speciem, facit *Commelin. Not. in locum.*

Loto affinis *Mauritanica*, capillaceis foliis pentaphyllos, floribus luteis, spica florum in aculeum desinente, *vid. inter Genistas.*

LUnaria Botryites ramosa, Geranii moschati foliis, *Floridana.*

LUpinus angustifolius cæruleus elatior *Raii. Hist.* 908. An Lupinus minor cæruleus *Tingitanus*, *Morison. Hist. Oxon. part.* 2. 87. quæritur à *Turnefortio Inst.* 392. In Horto *du Boisiano*, observavimus.

Lupulus fæmina *Cheusanensis* florens solummodò, & non fructum ferens.

LYchnis coronaria Ocymi folio singulari, floribus dilutè cæruleis, è *Maderaspatán.* Pu-tumba *Hort. Malab. part.* 10. *tab.* 63.

Lychnis coronaria *Monomotapensis* globulifera, foliis exalbidis Genistæ aculeatæ.

Lychnis

Lychnis Myrtifolia minor, ex *Sicilia*.

Lychnis nana *Caroliniensis* incana, flore albo, calyculis striatis.

Lychnis ramosior *Cheusanensis*, purpureo flore multifido, calyce longo striato.

Lychnis *Sinensis*, angustis foliis multiflora, capsulis rotundis glabris, ex Insula *Crocodilorum*.

Lychnis polygonoides *Floridana*, tenuissimis longioribus foliis, ad radicem coccifera, caule nudo albicante, ad summitatem ramoso, capsulis ferè globosis.

Lychnidis species, Spergulæ marinæ foliis, *Floridana*. An Lychnis *Virginiana* Vermiculatis Kali longioribus foliis, caule nudo, summo fastigio floribus umbellatis, *Mantiss.* 121. *pl.* 5.

Lychnis *Cheusanensis* fruticosa, flore albo simplici laciniato. Saxifraga magna *Matthioli*, huic propiùs accedit.

Lychnis *Sinica* polyanthos, angustis foliis glabris, ex Insula *Cheusan*.

Lychnis minor *Cheusanica*, Holostii minoris folio, capsula brevi.

Lychnis minima hispida noctiflora, *Botan. Monspel. append. pag.* 308.

Lychnidis

Lychnidis æmula alato caule, summis ramulis perfoliata, ex Oris *Malabareis*. An Kansjan Cora H. *Malab. part.* 10. *tab.* 52. Narrecomptee *Malabarorum*, *Mantiss.* 43: Et Gritillam *Ceylonensium*, Febrifugam *Hermanni*, *MS.* Huic congenerem semel putavi, sed mutatâ sententiá aliud nunc sentio, & pro Lychnidis æmulâ pono.

Lychnidea Asclepiadis folio *Floridana*, summo caule floribunda.

Lycium Myrsinites facie, majoribus foliis *Maderaspatana*, floribus Jasmini, Clay-cheddy *Malabarorum*.

Lycium Myrsinites *Sinarum*, spinis longioribus bijugis, baccâ coronatâ rubente, plerúmque gemellâ.

Frutex est spinosus, foliis lanceolatis, lævibus & obscurè viridibus, ex adverso binis, absque pediculis, baccâ rubente coronatâ, duo vel tria semina continente, Mense *Novembri* ex Insula *Pu-to* delatus. In *Bonziorum* hortis colitur, & *Sinicè* Hū-tsú dicitur, D. *Cunningham.*

Lycium *Africanum*, angustissimis brevioribus foliis, ad nodos confertis, pro Sideritide olim habita, vid. *Almag. Bot.* 346. *pl.* 7. & *Phytogr. tab.* 315. *fig.* 5.

Lycium *Indicum*, folio rhomboidali parvo, flore magno cucullati æmulo, villoso, aculeis grandioribus foliosus. Cummala *Malabarorum*, & aliquando Coreatty. Arbuscula *Bisnagarica*, Aceris folio parvo aculeato, *Almag. Bot.* 45. *pl.* 2. est hujus varietas altera.

Lycium

Lycium *Maderaſpatanum*, ſubrotundo ſingulari folio, cum ſpinis rectis, hirſutiè pubeſcentibus, coſtâ foliorum in ſpinulam abeunte.

Lycium *Maderaſpatanum*, ſubrotundis foliis ex adverſo binis, ſpinis ſolitariis recurvis, baccâ orbiculari calyculatâ, ſummo vertice ſpinulâ inſtructa. Torelly *Malabarorum*.

Lycium *Maderaſpatanum* triphyllon, foliis veluti perforatis, fructu oblongo, ad genicula ex foliorum alis erumpente, ſpinis brevioribus rectis, uno verſu gemellis.

Lycium *Maderaſpatanum*, aculeis robuſtioribus, Frangulæ foliis, floribus villoſis. Mara-collar-cheddy *Malabarorum*.

Lycium majus *Maderaſpatanum*, Jaſmini flore non ſpinoſum, foliis ſubrotundis lucidis. Peringolary-cheddy *Malabarorum*.

Lycio affinis non ſpinoſa, è *Maderaſpatán*, majoribus cordatis foliis, lucidis, ſubrotundis, fructu calyculato, ad ſummum verticem, cuſpide tenuiſſimo longius producto.

Lycium Prunifolium *Africanum*, ſpinis carens, fructu Guaiaci compreſſo, binis oſſiculis, Sebeſtenæ ſapore. Huic affinis eſſe videtur ſpinoſa, Kanden-Kara H. *Malab. part.* 5. *tab.* 56. viz. Lycium *Malabarienſis*, validioribus ſpinis, foliis magis mucronatis.

Lycium *Indicum* non ſpinoſum, Majoranæ foliis, floribus plurimis ad nodos erumpentibus, cortice cinereo. Caary-cheddy *Malabarorum*.

Lycii ſimilis Frutex *Sinenſis*, Buxi foliis leviter ſerratis, floſculis plurimis amentaceis.

Frutex eſt flore minimo amentaceo, in muſcariis & ſpicis verticillatìm diſpoſito, calyce multifido, foliis ſubrotundis & lanceolatis, leviter ſerratis, plerumquè binis, & ramulis alternatìm naſcentibus, *Octobri* floret, D. *Cunningham*.

LYſimachia ſiliquoſâ minor, villoſis foliis, flore purpureo, ex Inſula *Cheuſán*. Noſtrati fortè ſit villoſior, alioquin haud differt.

Lyſimachia rubra non ſiliquoſa, *C. B. P.* 246. Lyſimachia purpurea ſecunda ſive minor *Cluſii. Hiſt.* 2. *fol.* 52.

Lyſimachiæ purpureæ adſinis minor, ſerrato folio tetraphyllos, è *Maderaſpatán*.

Lyſimachiæ ſpicatæ purpureæ affinis, Saligneis foliis è *Maderaſpatán*.

Lyſimachiæ ſpicatæ Ephemeron dictæ ſimilis, Planta *Cheuſanica* ſemper-virens.

Lyſimachia *Floridana* trinervis, folio minore brevi margine piloſo.

Lyſimachia

Lyſimachia trinervis *Floridana*, anguſtiſſimo folio piloſo, flore tetrapetalo rubro.

Lyſimachia Chamænerio dictæ ſimilis *Floridana*, foliis nigris punctis notatis, capſulis carinatis in ramulorum cymis. An Blattariæ affinis *Virginiana*, foliis nigris punctis notatis, *Baniſteri*.

Lyſimachia *Floridana* lutea minor, Chamænerii binatis foliis nigris punctis notatis, floribus parvis in ſpicam diſpoſitis.

Lyſimachia *Floridana* lutea non papposa, Clinopodii foliis hirſutis, caule purpureo.

Lyſimachia corniculata, s. Caryophylloides non pappoſa, Balſaminæ fæminæ foliis, flore majore carneo *Caroliniensis*.

Lyſimachia *Indica* Carambu dicta, Saligneis villoſis foliis, fructu majore.

Lyſimachia lutea corniculata, Hyſſopifoliis *Floridana*.

Lyſimachia corniculata lutea minor, Hyperici folio, caule rubro *Floridana*.

Lyſimachia *Floridana* non pappoſa, Conyzæ *Melitenſis* retuſis foliis facie, ſive Belvidere *Italorum*.

Lyſimachia corniculata lutea *Floridana*, caule rubente, ſtrictiſſimis foliis, floribus amplis umbellatis.

Lyſimachia

Lysimachia corniculata, Centaurii lutei facie perfoliata.

Lysimachia lutea, punctatis foliis, & floribus quaternis Cruciatæ modo caulem ambientibus. Anagallis lutea quadrifolia *Almag. Bot. Mantiss.* 12. *pl. ult.* huic maxime accedere videtur, sed omnibus partibus minor est.

M

MACANDOU *Javanensium Bontii*, Cadapilava *H. Malab. part.* 1. *fig.* 52. *vid.* inter *Arbores.*

MAlva *Africana* frutescens, flore parvo carneo, unguiculis atrorubentibus. Malva *Africana* frutescens, flore purpureo minore; *Volckamer Flor. Noriberg.* 273.

Malva *Sicula*, flore minore purpureo, *Hort.* du *Boisiani.*

Malva peregrina, Vitis folio pingui, *H. du Boisian.*

Malva *Hispanica* minor incana, floribus cæruleis, apicibus petalorum profundè incisis.

Malva *Cheusanica*, cæruleis floribus, ad caulis intervalla semiverticillatim positis.

Malva *Orientalis* Platani occiduæ folio, flore cæruleo.

Malus

Malus Arantia *utriusque Indiæ*, fructu omnium maximo, & suavissimo, *Almag. Bot.* 239. & *Mantiss.* 125. An fortè Malus *Assyria Dodon. Latin.* 792. Malus *Adami C. B. P.* 437. Item Malus *Punica* fructu maximo, granis aureis *ejusd. C. B. P.* 438. Poma *Adami J. B. Hist. Pl. tom.* 1. *fol.* 99. ubi Icon habetur quâ omnes partes hujus Arboris, satis benè & elegantèr expressit pictor: A Limonibus naturâ & viribus non multùm differt, foliis Limonii, floribus Citrii, fructu Arantii, sed duplo triplovè majore. Hanc & plerique ad Medicam *Antiquorum* referunt, Pomum vero *Adami* dictum volunt, quod in superficie ceu infixorum dentium vestigia habere videatur, quasi ab *Adamo* primo homine commorsum fuisset; quo nomine & ab *Italis* agnoscitur. An fortè Voutrimon *Flacurtii de Insf. Madagascar.*

Malus Limonia Lentisci foliis, nervorum alis in ambitu maximè crenatis, Caute-vella *Malabarorum.*

MAnghas *Orientalis*, foliis Arealu more cuspidatis. Mela-mangomaram *Malabarorum.*

Mangha sylvestrîs *Maderaspatana*, Nerii longioribus foliis, Polly-manga *Malabarorum.*

MArrubium album rotundifolium majus, crispatis foliis *Æthiopicum.* An Pseudo-dictamnus *Africanus*, Hederæ terrestris folio *Oldenlandii*; *Turnefort. Instit.* 188.

Marrubium nigrum *Siculum*, Galeopsidi *Anguillaræ* respondens, *Boccon Mus. part.* 2. 151. *tab.* 114. Pseudo-dictam-

nus *Hispanicus* amplissimo folio nigricante & villoso, *Turnefort. Inst. rei herb.* 188.

Marrubium aquaticum *Sinense*, Ambrosiæ *Mexiocanæ* foliis inodoris.

Planta est verticillata, flore labiato, foliis serratis oblongis Stachydis, caule quadrato, *Sinice Tchú-sin* dicta. In Hortis *Bonziorum* colitur. Ex Insulâ *Tow-whey-san* *Octobri* collecta est, D. *Cunningham*.

MAtricaria flore pleno, Tanaceti crispi foliis elegantèr crispatis. Matricaria foliis elegantissimè crispis, & petalis florum fistulosis, *Turnef. Inst. rei Herbariæ* 493.

Matricaria *Japonica* maxima, flore multiplici flavescente. *Shamunty Malabarorum*.

Matricaria *Sinensis* minore flore, petalis & umbone ochroleucis.

MEdica parva flore luteo *Mauritanica*.

Medica pratensis lutea, radice perenni, fructu racemoso nigro (non ingrata sed) pergrata Jumentis, *Almag. Bot.* 243. *pl.* 8. Epithetum enim (non grata Jumentis) magis proprie attribueretur Medicæ *Arabicæ Camerarii* sequentibus in *Almagesto* enumeratæ; Hæc autem est pergratum pabulum, & a ruricolis Nostratibus pro fœno sancto genuino habetur, & ab iis **Sainct-Foyne** vulgo nominatur, & in agris suis frequentius seritur.

Melampyro

MElampyro affinis *Maderaspatana*, Persicariæ foliis, spicâ sua squammulis foliaceis, ex viridi & argenteo mixtis conflatâ Colcoragelly *Malabarorum*. Hujus foliola lanceata, imbricatim posita, & veluti squammas efformantia, ex quibus componitur spica, sunt singula membrana latiuscula, argentei coloris & translucida, elegantèr fimbriata.

Melilotus *Sinensis* elatior, Vulgari haùd absimilis.

Meliloti similis *Maderaspatana*, Naur-velle *Malabarorum*; An fortè Nirpulari *H. Malab. part.* 9. *tab.* 36.

Meliloto affinis *Maderaspatana*, folliculis parvis ovatis, Cory-parappöe *Malabarorum*.

Melissa Romana hirsutior; *Almag. Bot.* 247. Hæc est ut suspicatur *Cl. Rajus* quam *Jo. Bauhinus* memorat *Hist. lib.* 28. *cap.* 42. his verbis. Habemus quandam Melissam nigriorem & hirsutiorem, à nemine memoratam. Hic *Matthiolus* injustè ut aliàs arguitur á *Botanicis*, quasi ex unâ plantâ (Meliss. vulgari) duas faceret.

Melissophyllon parvum *Maderaspatanum*, spicâ florum prætenui, Nandoo-cautrosy *Malabarorum*.

Melo pusilla odorata, fructu pomiformi, cortice variegato, è *Persiâ*. In Hort. D. *Watsii Mercatoris Enfeldiæ* cultam conspeximus.

MEntastrum niveum Alexiterium, oblongo folio citratum, ex *Provinciâ Floridana*.

Mentastrum coronatum, oblongis foliis *Malabaricum*, Carim-tumba, H. *Malab. part.* 10. *tab.* 93. Nepeta *Malabarica*, folio latiore, flore cæruleo exalbido, *Commelin. Not. in loc.*

Mentha Saxifraga angustiore folio spicata, sapore acri fervido, *Mantiss.* 129. An fortè Mentha sylvestris, longioribus, nigrioribus, & minùs incanis foliis, *C. B. P.* Mentastrum *Campense*, & *Xuvolense*, *Lobel.*

Mentha *Cheusanensis* spicata, Lysimachiæ foliis inodora.

Mentha *Cheusanensis* verticillata, longiore & acuminato folio, camphoram resipiens.

Planta est flore ex albo cærulescente, monopetalo, labiato, cujus labium superiùs parùm bifidum est, inferius verò profundè tripartitum, sic tamen secantur ambo, ut flos quadripartitus primo aspectu videatur, cum staminibus productioribus, apicibus subnigris rotundis donatis; Semina in capsulâ quæ calyx floris fuit reconduntur, verticillatim disponuntur, flores ad angulos foliorum, quæ nascuntur bina opposita, dentata, in acumen plerumque ad basin & summitatem terminantia, gustûs camphoram sapientis, & odoris Menthæ. *Septembri* floret. Alia est ejus species, gustûs magis acris, *Sinicè* vocatur Pŏ-hŏ breviter pronunciando vocem, ut apparet ab accentu quo notatur, D. *Cunningham.*

Menthæ folio Planta *Sinensis*, suaveolens Majoranæ capitulis densioribus, spicâ florum quadrangulari.

Mentha

Menthæ ſpicatæ ſimilis *Sinarum*; Nepetæ minoris folio, moſchum olente, ſpicâ florum quaterno ordine foliaceâ, monocarpos.

Planta eſt flore cærulescente, villoſo, monopetalo, perſonato, labio ſuperiori integro, & parùm galeato, inferiori etiam integro & parùm pendulo, quatuor ſtaminibus donato, (quarum duo ex ſuperiori labio breviora, & proximiora, duo vero ex inferiori labio longiora, & diſtantiora proveniunt) flores in ſpicâ quadrangulari, unam partem reſpicientes naſcuntur, quatuor plerumque adhærentes duplici ſeriei foliolorum ſubrotundorum caudatorum. Ex calyce minimo multifido prodit piſtillum, quod abit in unicum ſemen in capſulâ quæ calyx floris fuit reconditum; Folia plerumque ex adverſo bina, minora, & ſerrata, villoſa, & ſuaveolentia, *Octobri* floret, D. *Cunningham.*

MEſpilus *Mariana*, lanatis foliis minutiſſimè crenatis, *Mantiſſ.* 130. In Horti *Regii Pariſienſ. Catalog.* habetur Alni effigie lanato folio minor *Indica*; An ſit Noſtra?

MErcurialis criſtatus minor procumbens, ex Inſula *Cheuſan.*

Mercurialis *Africanus* dicoccos, folio Violæ tricoloris, *Cat. Pl.* ad calcem *Paradiſ. Batav.*

Mercurialis (fortè) s. Phyllon marificum, Telephii foliis *Malabaricum.* Kodatsjori H. *Malab. part.* 9. *tab.* 67. Portulacæ

tulacæ foliis similis Planta, flore albo, galeato, & labiato, semine oblongo rotundo, ruffo, fusco colore. *Commelin. Not. in locum.* Hujus folia sunt alternatim posita.

Mercurialis cognata, Cynocrambe (fortè) genus *Malabariense*, Lauri densioribus, & acutioribus foliis. Kilcola Tsjetti H. *Malab. part.* 10. *tab.* 57.

MEspilus *Floridanus* Malicotoneæ foliis, floribus summo ramulo coacervatis.

Mespilus *Maderaspatanus*, subrotundis Pyri foliis, floribus spicatis. Woota-cheddy *Malabarorum.* Hujus pictura exhibetur iu *Phytograph. Tab.* 364. *Fig.* 3.

MEthonicæ foliis in claviculam desinentibus, Planta *Maderaspatana*, Shevenar Corungo *Malabarorum.* An Panamboe H. *Malab. part.* 7. *tab.* 53. quæ pro genere Arundinis *Indicæ* volubilis *C. B. P.* haberi potest ex sententiâ *Commelin. Not. in loc. vid. inter Arundines.*

MIlium *Indicum* hirsuto caule, semine aureo. Kurenpullu H. *Malab. part.* 12. *tab.* 61.

Milium *Indicum* arundinaceo caule, granis nigris, *Almag. Bot.* 250. An forte Milium illud quod suo tempore ex *Indiâ* in *Italiam* advectam scripsit *Plinius libr.* 18. *cap.* 7. nigrum colore, amplum grano, harundineum culmo, quodque adolescit ad pedes altitudine septem, prægrandibus culmis.

Millefolium

Millefolium Camphoratum aureum, *Monomotapense*. *Mantiss.* 130. Tanacetum *Africanum* fruticans multiflorum, foliis Tanaceti decuplo minoribus, *Hort. Amst. fol.* 199.

Millenaria (fortè) *Sinarum*, s. Herba per mille annos durans. **Herb of a Thousand Years**, *Ogilveii. Chin. tom.* 2. *fol.* 681.

MImosa minor *Ceylanica* quadripennis per terram strata, vid. in *Mantiss.*

Mimosa *Maderaspatana* uliginosis locis nascens, parvis foliis, radice latius repente.

MOrgsani *Syrorum* similis, Planta fruticosa, ex *Prom. Bonæ. Spei.*

Idem foliis multò minoribus ex *eodem loco.*

Morifolia arbor ex *Florida*, spinis brevibus sursùm hamatis, ad longitudinem stipitum armatis. An Hura arbor, Baruce fructùs è pluribus nucibus ferens, Quautlatlatzin (fortè) s. Arbor crepitans *Hernandez* fol. 88. *Nieremberg. fol.* 339. Hura *Americana* Abutili *Indici* folio, H. *Amst. part. alt.* 131. vid. Nucicapsularis *Almag. Bot.* 266.

Morus alba foliis parvis elegantèr incisis, ex Insula *Bombay*, & *Terra Mariana*, An Morus fructu nigro minori, foliis elegantèr laciniatis *Turnefort. Inst.* 589. Morus fœmina,

mina, laciniato folio, minori, ac tenuiori tenacius hærente, fructu minore, minùsque saporo, *H. Cathol.*

Morus nana *Caroliniana*, arcuatis & versùs terram ramulis incurvis, fructu minore rubro. In *Horto D. Darby* cultam conspeximus.

MUscus aureus capillaris minor *Malabaricus*, apiculis cernuis. Puem-peda H. *Malab. part.* 12. *tab.* 37.

Muscus capillaceus saxatilis niger *Nostratium*. S. Muscus trichomelanos, filamentis tenuissimis, è rimis saxorum dependentibus.

Muscus Lichenoides, capitulis & tubulis membranaceis, pediculo longiore insidentibus, quadripartito divisis. *Angliæ* nostræ *Indigena* est.

Muscus arboreus vulgari similis *Maderaspatanus*, Marrapashy *Malabarorum*.

Muscus arboreus supinus marginibus pilosis, *Raij. Hist. & Synops.*

Muscus Lichenoides crustæ modo adnascens major cinereus, ex *Florida*.

Muscus coralloides montanus, cum globulis parvis umbellatis nigris, è *Tingitaniâ*.

Muscus coriaceus quercinus *Hibernis* Oake-leather dictus. Fungus coriaceus quercinus hæmatôdes *Breyn.* In *Hibernia*

bernia in fissuris Quercuum putridarum reperitur à D. *Sherard.*

Musco-fungus pyxidatus muralis major, & rugosior.

Musco-fungus pyxidatus gracilior, & lævis, calycibus serratis.

Muscus clavatus repens *Floridanus*, longioribus & tenuissimis foliis.

Muscus clavatus erectus crispatis foliolis, Spongiolæ imitamentum, ex *Chinâ*. Bellan-patsja *H. Malab. part.* 12. *tab.* 40.

Muscus clavatus *Æthiopicus* arborescens, foliis variè inflexis, seminibus Lithospermi.

MYagrum peregrinum, capsulâ quadrangulari rugosâ, *Hort.* du *Boisian.*

Myrobalanus Citrina, Carcai *Malabarorum* Mantiss. 132. Pruna rectius appellari censet *Garcias aromat. lib.* 1. Idem *Jo. Posthias* Archiatrus *Palatinus* & Poeta egregius de Murobalanis his Versibus inculeat,

Quæ *Græcis* fuerat Glans unguentaria, monstrant
Scripta *Dioscoridis*;
Sed verum nobis cupiens imponere nomen,
Indica Pruna vocet.

Arbores singularum vulgò cognitarum præterquàm *Chebulensium*, vidit & descripsit *Chrystophorus Acosta lib. aromat. cap.* 20. sed & hanc *Cairi* à se conspectam depingi curavit *Cl. Veslingins Not. in Alp. de plant. Ægypt.* 62. Quas *Andreas Marinus* suis in *Ebn-Masuiam Adnotationib.* tam *Chebulensium* quam *Indarum* & Citrinarum Arbores depinxit, fictitiæ an genuinæ sint, non absque causâ jam olim *Matthiolus* dubitavit, & Nobilissimus quoque *Sebizius* in *Specul. Med. Pr. part.* 1. *sect.* 1. *cap.* 4. suspectas habuit; Nec illa quam *Biturigibus* in *Gallia* hoc nomine sibi ostensam memoravit *Jo. Posthius apud Clus. lib.* 1. *Hist. rarior. cap.* 29. aliud quam Pruni vulgaris genus quoddam erat. His sextam speciem hactenus ignotam, figurâ planè rotundâ, nullis striis aut incisuris notatam, nec purgandi facultate præditam, in *Indiâ* à se observatam, usurpatamque, primus addidit *Jacobus Bontius*. de *Medicin. Indorum*; Quanquàm etiam in *Prodromo Histor. General. Plant.* quam olim promiserant *Jo. Bauhinus* & *Jo. Henric. Cherlerus lib.* 2. *p.* 7. nominetur Myrobalani species nova, & in ipsâ Historiâ lib. 2. cap. 19. fusius describatur, è *Palæstina* tamen, non *Sinis* accepta fuit dono *Rauvolfij*; Fungosa ista substantia tuberibus similis quæ Myrobalani citrinæ flores dicitur, Carcaipo à *Malabareis* nuncupatur. An Gallaum fungo quodammodo exprimens *J. B. tom.* 1. *lib.* 7. *fol.* 83. Hanc pingit *Hist. Lugd.* fol. 9. sub nomine Excrementi fungum quodammodo exprimentis, Earundem diversas formas pingit & *Tabernæmontanus. Icon.* 1127. sub numeris 9, 10, 11, 12, 13, 14. inter Gallarum genera. Fortè Galla umbilicata *C. B. P.* 422.

Myrtus

Myrtus *Sinica*, latiore & craffiore folio, caule nodofo, ad cymum ramulorum flores emittens.

Myrti aurantiæ foliis, facie *Maderafpatana*, floribus ad foliorum ortus baccifera; Vellacaumangerry-cheddy *Malabarorum*.

Myrtifolia *Ind. Or.* fructu folliculaceo gemello, filiquas æmulante, pulpâ abfque feminibus repleto: Laurifoliæ fructu parvo typhoide, fungofo, non pappofo, gemello, *Almag. Botan.* fol. 211. pl. 5. haud multum difpar.

N

NApifolia planta *Mariana*. An Sonchi genus Napifolia, ex *Terrâ Mariana*.

NAfturtium Cardamine dictum Pimpinellæ minoris folio, *Mauritanicum*.

Nafturtium aquaticum minus *Cheufanenfe*, furrectum.

NEuroplatyceros *Æthiopicus*, nervofis foliis, cornu cervinum referentibus.

NIl. s. Anil fylveftre, Meliloti facie triphyllos, filiquis (propendentibus,) Cullara-Marungy *Malabarorum*.

Ninzin.

NInzin s. Ginſeng radix genuina, *Ind. Or. Almag. fol.* 264. *Mantiſſ.* 135. *Phytograph. tab.* 101. Ad lineam 3. *Almag. lege.* Quum Ninzin *Piſonis* ab hac noſtrâ plurimum differt. Iſta fortè eadem eſt cum Tatarica *Caroli de Noyelle*, &c. Et poſt vocem Veſcuntur, ad lineam 34. *Mantiſſ. adde* Ex foliis etiam *Sileſiorum* quidam potus conficitur, ſatis id ex *Velſchio* notum eſt; de *Vena Medinenſi.* 189. Et *Tartari* foliorum in aquâ decoctum refrigeratum, vini inſtâr bibunt, quæ Sphondilio noſtrati, s. Paſtinacæ ſativæ adeo aſſimilatur, ut in *Japonenſi Terrâ* ipſa Paſtinaca, magnæ ſylveſtris Ninzin nomen vulgò obtineat; Huic radici ſimilitudinem quandam habere videtur, Illa quam *Hariot* deſcribit appellatione *Habaſcon*, radix magnitudine ac figurâ Paſtinacæ, quæ cum aliis coquitur. in *Deſcript. Virgin.* Huic quoque ſimilis Radix ut exiſtimo fuit *Chara*, quâ lacti admiſtâ *Cæſaris* milites inopiam levaſſe legimus. Noſtra tamen an ſit Scandragora ϑηλοειδὴς *Raſæi* &c, *vid. Mantiſſ. ubi ſuprà.* Et *fol.* 136. *ad lin.* 6. poſt D. *Marloë Obſ. adde.* Noſtra radix ſicca, colore in album flaveſcente, Electri modo niteſcat, tranſlucens, duraturque ut cornu videri poſſit; quæ viva & ſuo natalis hærens ſolo, ſupra terram caput paululum ſurrigit, & ut quidam ex autopſiâ nobis ſeriò affirmârunt, priuſquam folia profert noctu igneum quendam, & veluti ſcintillantem ſplendorem emittit; cujus beneficio à quærentibus poſſe inveniri, & effodi teſtatur *Cl. Rumphius* in *epiſt.* ad *Mentzelium*, ut monuit nos *Cl. Jo. Philip. Breynius in Diſſertat. Botanic-Medic.* Adeò ut Vegetantis Naturæ ſpecies admiranda Noctiluca videatur, & Phyto-lampyrida *Anglicè* **Glow-Worm** dici mereatur. An fortè Aglaophotis, quam

quam inter Magicas herbas à *Democrito* proditas commemorat *Plinius*. Quæ admiratione hominum propter eximium colorem acceperit nomen, in marmoribus *Arabiæ* naſcentem *Perſico* latere; Qua de cauſâ & Marmoritin vocari: Magos utique eâ uti, cùm velint Deos evocare *Plin. lib.* 24. cap. 17. Effectu convenit, unde ſuſpicio nobis ſubiit, fortaſſè aut Illi germanam, aut certè quandam ejus ſpeciem eſſe. Item *Ælianus Hiſt. Animal.* lib. 14. *cap.* 27. de Aglaophotide terreſtri hæc habet. Cynoſpaſtus herba, alio nomine *Aglaophotis* dicitur, Hæc per diem inter cæteras herbas (a quibus ne minimum quidem differt) delitescit, nec ullo modo agnoſcitur, nocte verò ſtellæ inſtar lucens, & igneo ſplendore coruſcans, facile in conſpectum venit; Itaque ſigno ad radices ejus defixo diſcedunt, abſque eo neque colorem ejus interdiu, neque ſpeciem cognituri: Nocte jam exactâ, adventant & herbam ex ſigno agnoſcunt. Sed quod ſæpius moneo, ſuſpicio tantùm ſit hoc, nullum ex tripode reſponſum. Superſtitionem ſi demas Nyctegreto non abſimilem plantam æſtimarem, quam *Plinius* lucentem, ita (*lib.* 21. *cap.* 11.) perſequitur; Nyctegretum inter pauca miratus eſt *Democritus*, coloris ignei, foliis Spinæ, nec à terrâ ſe attollentem, præcipuam in *Gedroſia* narrat, Erui poſt Æoquinoctium Vernum radicitùs, ſiccarique ad Lunam triginta diebus, ita lucere noctibus. Magos, *Parthorumque* reges uti hâc herba ad Vota ſuſcipienda, eandem vocari Chenomychon, quoniam anſeres à primo conſpectu ejus expaveſcant, ab aliis Nyctilopa, quoniam è longuiquo noctibus fulgeat. Ego & Aproxin vocari quandam ſtirpem ſimilis effectus *Pythagoræ* notam lego, apud *Plinium. lib.* 24. *cap.* 17. An à noſtrâ ſit diverſa necne, haùd conſtat. Ninzin noſtra

Radix egregium extat *Aphrodisiacum*, & in libidine excitandâ adeo præstare creditur, ut *quibusdam* ansam præbuit suspicari, eandem esse herbam *Theophrasto* ex *India* allatam, cujus contactu libidinem durare septuagesimo coitu meminerit. Ad Venerem (inquit *Cl. Joan. Philip. Breynius Dissert.* de *radice Gin-sem*) magis quam ullum aliud Medicamentum, utrumque stimulat sexum. Apud *Joannem Leonem Africanum* admiranda quædam de radicis *Surnag* in *Atlantis* occidentalibus locis provenientis Viribus *Aphrodisiacis* referuntur, *lib.* 10. *cap. ult.* Hæc vero An illa sit herba de quâ *Theophrastus* agit, ignoro; cum ipse descriptionem nullam addit; Fit tamen ex dictis verisimile; Et nostram esse Radicem de quâ nunc agimus affirmari certò non potest, cum non raró dissimiles, ejusdem, aut similis facultatis, stirpes inveniantur. Habent hodieque *Syri* (inquit *Hermolaus Barbarus in Corollar.* de *Satyrio.*) Herbam simili effectu *Bucheidemque* nominant & a virtute Satyriasi *Indicam* Satyrion quidam appellârunt, fortassè cum eâ cujus mentionem *Theophrastum* fecisse diximus eandem, radice candida, & durâ, commendatiore quo crassior & rugosior, & albior, podagris utili; Nec an Eadem sit cum nostrâ *Ninzin* satis constat, etiamsi radix sit ejusdem figuræ, & easdem effectus præstet: Quamobrem hæc ambigendo potiùs quam decernendo dicta sint; Et omnia relinquimus Veritatis Exquisitoribus diligentiùs pensitanda.

NUci-prunifera Arbor spinosa, Alhagi *Maurorum* similis, *Moroccana.* Ergen arbor foliis Myrti, fructu Pruni cerei, osse Amygdali magnitudine, lineis binis distincto in *Præfat. part.* 1. *Indiæ Orient.* vid. *Almag. Bot.* 306. fortè idem cum Umari arbore *Pisonis.* 174. cujus fructus

fructus Camarinhas appellant *Lusitani.* Hujus fructûs officulum est Fructus peregrinus 4. *Clusii exot. lib.* 2: *cap.* 29. quem ad unguentariæ nucis genus aliquod, referendum esse consebat.

NUx Juglans *Virginiana* major, fructu rotundo, cortice crasso, sulcato, tuberculis exasperato nigro, *Almag. Bot.* 264. Hujus arboris Nux cum exteriori crasso & fungoso putamine vestita, Mali aurantiæ forma & magnitudine haud impar est.

Nux Juglans *Virginiana* nigra, nucamentis cremosynis, oblongo fructu, cortice duriore scabro, *Almag. Bot.* 265. Hujus Nux cum suo calloso putamine tecta, Limoniam Malum figura æmulari, & magnitudine illam prorsus adæquare videtur.

Nux Juglans *Virginianæ* nigræ foliis, multiplici conjugatione costæ innascentibus, subrotundis, fructu vulgaris magnitudine pari, exteriori putamine veluti granulis asperato, summo vertice umbilicato. Fructus fert ut plurimùm copulatos.

Nux Juglans *Novánglicana*, fructu oblongo parvo, Pruni alicujus Officuli æmulo, summis surculis racemoso, exteriori putamine viridi, viscido, villoso, & quasi Balsamum olente. Hujus Nux putamine obducta Cucumerem Asininam figurâ & magnitudine æmulatur.

Nux Bengalensis Juglandifolia fructu orbiculari, *Almag. Bot. ibid.* & Nucifera arbor sempervirens *Indiarum* Erythroxyli genus, *Mantiss.* 136. cujus fructui forte referatur,

tur, Nux orbicularis penè formæ peregrina secunda *Clusii. lib. 2. cap.* 13. An Lignum quod ex Regina *Saba Salamoni* delatum cujus fit mentio in *Sacris* sub nomine *Almuggim*, aliàs *Algummim*, *Reg.* 1. *cap.* 10. *Chronic.* 2. *cap.* 2. & *cap.* 9. Hujus magnam quantitatem (ut fertur) secum attulit Magnus ille Dux *Onesicritus*, rediens ex Itinere suo Insulæ *Taprobanæ*, sitæ ad mare *Indicum Orientale*, quod multùm probavit *Alexander*: Nisi hæc omnia ad lignum rubrum *Sappan* dictum (i. e.) Acaciam gloriosam *Zeylanicam* tinctoriam amplioribus foliis spinosam; *Almag. Bot.* 5. potiori jure referenda putamus.

NYmphæa *Indica* crenata, flore pleno candido; *Almag. Botan.* 267. Lotus *Nilotica Theophrasti*, lib. 4. cap. 10. Lotus hæc planta est *Ægyptiaca*, è palustrium genere, (admodùm diversa ab Arbore illa *Homericâ* nimis hospitali) quæ recedentibus *Nili* riguis aquis abundè provenit; è cujus semine Fluvii *Accolæ* panis genus olìm *Lotometram* dictum conficere solebant. *Ægyptii* Sirupo è Saccharo & aquâ *Nilotica*, succum siliquarum, & florum Loti admiscent, & exindè potum gratum, & refrigerantem, *Arabicè Cherbet Nenuphar* dictum, conficiunt.

Nymphæa lutea *Floridana* mediæ magnitudinis, caule molli & fungoso.

Nymphæa glandifera *Indiæ* paludibus gaudens, foliis umbilicatis amplis, pediculis spinosis, flore roseo purpureo, *Almag. Bot.* 267. Camolachachery *Suratensibus Indis Purchess. lib.* 4. *Peregrinat. cap.* 4. *Sect.* 5. *fol.* 429. Hujus radix ab *Indigenis* Insulæ *Sti. Laurentii* Fontamou nuncupatur, *Flacurtio.* De hujus Flore *vid. Ogilv. Chin. tom.* 2.

2. 570. & 571. Et hanc Nymphæam noſtram glandiferam eſſe veram & genuinam Fabam Ægyptiam, nullus dubito, tam quadrant enim in eam *Theophraſti*, *Dioſcoridis*, & *Plinii* deſcriptiones, ut nullus pictor feſtivius ac curioſiùs potuiſſe acu pingere. Hujus fructus maturus ad cibariorum epulas frequens fuit, indè peculiari nomine Ciborium dicebatur, cujus Etymon *Dioſcorides* notat, ab omnibus notus, lib. 2. cap. 128. de Faba *Ægyptiâ*. quod etiam vaſculum, & poculi genus eſſe, refert apud Antiquos *Athenæus*, *lib.* 3. *cap.* 1. & pro ponderis menſurâ ab ipſis Antiquioribus fuit accepta, & deſcripta ipſa Faba. Fortè idem eſt cum Nymphæa radice dulci *ejuſd. Theophraſti*, *lib.* 9. *cap.* 13. quæ naſci in lacuſtribus ſolet, ut in *Orchomenienſi agro* & *Marathone* & in *Creta* Inſula ; *Bœoti Madonam* hanc appellant, fructumque mandunt; Gerit folia ſuprà aquam ampla. De qua Nymphæa *Plinius lib.* 25. cap. 7. Laudatiſſima in *Orchomeno*, & *Marathone*, *Bœoti* Madon vocant, qui & ſemen edunt.

Idem flore albo, *Almag. ibid.* Hujus radix eſt Lazelaze *Flacurtii de* Inſula *Madagaſcar.*

Nymphæa glandifera *Virginiana*, lacteſcens, minori umbilicato folio, pediculo leni flore amplo luteo palleſcente; *Almag. Botan. ibid.* Tota planta lacteſcit, ſubcalida eſt, & ad guſtum amareſcit; Idèoque an fortè Auſid. *Avicennæ lib.* 2. *tract.* 2. *cap.* 35. Eſt enim ſpecies Nenupharis *Indi* cujus natura ut dixit filius *Meſiriohe*, *Meſuë*, vel *Meſirgiue*, eſt calida & ſicca. Et alibi viz. *lib.* 2. *tract.* 2. *cap.* 516. Radix quidem (inquit idem *Avicenna*) Nenupharis *Indi* exiſtit in judicio Mandragoræ, & paulò

S ſ poſt.

post. Et natura *Indi* (Nenupharis) est natura Mandragoræ. Hujus radix est Talifouk apud *Flacurtium* de *Inf. Madagasc.* de Floribus *vid. Ogilv.* ex *Nieuhof Chin. tom.* 1, *fol.* 250. De hac ipsissima planta est (ut suspicamur) quæ *Josselinus* sub titulo Nymphææ floribus luteis, scribit in *Nov' Angl, rariorib. pag.* 44. Radices (inquit) *Indi* comedunt, haùd facilè coctiles, Jecusculum ovillum sapiunt, Feræ vulgò vocatæ Moose-Deer iis avidè vescuntur, quo tempore, illas dum sua capita sub aquis merguntur *Indi* interficiunt.

O

OCIMUM odoratum vulgari simile, laxiore spicâ *Malabaricum.* Nala-tirtava H. *Malab. part.* 10. *tab.* 85.

Ocimum odoratum, calycibus florum magnis dependentibus *Maderaspatanum.*

Ocimum Melissophyllum *Sinicum*, foliis longis pediculis insidentibus, caule & spicâ quadrangulari, foliolis inter flores squammatim emanantibus.

Planta est flore ex albo-purpurascente monopetalo, labiato, cujus labium superius parùm surrectum est, subrotundum, vix bifidum, inferius vero tripartitum, medio lobo ampliori, & parùm excavato, puncto luteo notato: Ex calyce quadrifido, surgit pistillum staminibus brevibus stipatum, cui subsunt quatuor semina

femina rotunda fusca; Flores nascuntur in spicis quadrangularibus, quæ componuntur ex quaterno ordine foliorum squammatim dispositorum, è quorum alis proveniunt flores: Folia adhærent cauli bina & opposita, superiùs magis, inferius minùs villosa, & Urticæ instar serrata. *Octobri* floret, D. *Cunningham.*

Ocimum Melissophyllum *Sinicum*, foliis magis mucronatis, quadrato caule, spicâ laxâ canescente.

Planta est flore albo brevi, tubulato, vix labiato, labio superiore bifido, inferiore trifido, medio parùm latiore & productiore, puncto luteo notato, stamina quatuor apicibus fuscis donantur, extrà florem prodeuntia: Calyx quinquepartitus profundè incisus, ad basin villosus, in quo quatuor reconduntur semina; Flores in caulium summitatibus, & foliorum alis spicatìm nascuntur, & folia per conjugationes lævia, serrata, & Urticæ similia, caules vero quadrati, & parùm villosi, suavem Menthæ odorem omnia spirant. *Septembri* floret, *Sinicè* Ssu-tsè vocatur, D. *Cunningham.*

Ocimum *Indicum* odoratum, floribus & calyculis perexiguis, ad unam partem spectantibus.

OLea *Africana*, Ligustri firmiore & minore folio.

Olea *Maderaspatana*, pallidioribus foliis Alaterni.

Olea

Olea *Tingitana*, folio et fructu minimo pisi magnitudine nigro.

Olea sylvestris, s. Ziziphus *Ind. Or.* spinosa, Ilicis suberiferæ folio duro, subtùs argenteo et punctato ex Insula *Cheusan.*

Olea sylvestris s. Ziziphus *Cheusanensis* non spinosa, folio subtùs argenteo molli, fructu rotundo rubente, punctulis notato.

Frutex est flore argenteo punctato monopetalo infundibuliformi tubulato quadrifido, baccis rubentibus, rotundis, et punctatis, acidiusculis, et esculentis monopyrenis, *Sinensibus* Paí-by dicta : Foliis subtùs argenteis punctatis. Alia est ejus species fructu oblongo, fortè Olea *Bohemica J. Bauhini*, D. *Cunningham.*

ONobrychis major Viciæ foliis, spicâ florum ferrugineâ, *Mantiss.* 139. An Onobrychis flagellis longissimis, *Bocc. Mus.* 262. *tab.* 129. fortè etiâm Onobrychis foliis Viciæ, fructu echinato major caulescens, et ramosa, *Schal. Bot.* 244. Onobrychis saxotilis, foliis Viciæ angustioribus, et longioribus *Aquisextiensis*; *Instit. rei Herbar. Turnef.* 390.

Onobrychis minor monophyllos *Maderaspatana*, Nummulariæ folio, siliculis echinatis, ex foliorum alis spicatìm erumpentibus.

Onobrychis *Cheusanensis*, Trifolii bituminosi foliis, alatis pediculis triphylla, siliquis asperiusculis.

Planta

Planta eſt triphylla, foliis oblongis acuminatis, ſiliquis articulatis, undulatis, aſperiuſculis, compreſſis et paràm incurvis, ſemine fœtis, in ſingulis articulis, unico oblongo et compreſſo; *Octobri* fructum perficit, D. *Cunningham.*

Onobrychis *Cheuſanica*, floribus ſpicatis, foliis ternis, ſubrotundis amplioribus ſilicula lævi.

Hedyſarum triphyllum, flore ex albo purpuraſcente, in ſpicis laxis ad caulium ſummitates naſcente, ſiliquâ lævi et compreſſâ, falcatìm unico internodio diſtincta, et ſiliculæ cuſpide acuta unci inſtàr reflexa: *Septembri* floret D. *Cunningham.*

Onobrychis *Sinica* trifoliata, ſiliculis hirſutie pubeſcentibus. Hedyſarum triphyllum minus, ſiliculis hirſutis, articulatis, uno latere undulatis, altero rectis, in ſpicam congeſtis, ſeminibus reniformibus, D. *Cunningham.*

Onobrychis *Maderaſpatana* fruteſcens, Dorychnii folio triphyllos, ſiliculis clypeatis lævibus, in ſpicam congeſtis. Chevenar Weambôe *Malabarorum.*

Onobrychis *Ind. Or.* triphyllos foliis ſubrotundis venoſis, rigidis, averſâ parte tenui, viridique lanugine tectis, et *Veluti* inſtàr mollibus, ex Inſula *Crocodilorum.*

Onobrychis *Indica* triphyllos, foliis amplis mucronatis, ſiliquis parvis in ſpicam longam, ex alis inter bina foliola circinata arctè conniventia, reconditis. Maddy-malmaddy *Malabarorum.*

Onobrychis *Indica* triphyllos ſpicata, ampliſſimis foliis, ſiliquis parvis inter bina foliola acuminata arctè conniventia, occultatis.

Onobrychis parva trifoliata ex Oris *Malabaricis.* An fortè Nir-pulari H. *Malab. part.* 9. *tab.* 36. ubi abſque ſiliquis depingitur.

Onobrychis *Sinica*, Serpylli minimi hirſuti foliis triphylla, ſiliculis utrinque undulatis.

Planta eſt trifoliata, flore ex albo-cæruleſcente papilionaceo, ſiliquâ compreſſâ utrinque undulata, ſeminibus planis & reniformibus fœta. *Septembri* floret, D. *Cunningham.*

Onobrychis *Maderaſpatana*, Mimoſæ foliis, flore ſingulari ampliſſimo. Bolangomaram *Malabarorum.*

Onobrychis *Maderaſpatana*, Mimoſæ minimis foliis, ſiliquis ubi ſunt ſemina protuberantibus.

ORchis *Floridana*, flore aureo fimbriato, longis calcaribus donatis.

Orchis minor *Floridana*, floribus parvis in ſpicâ brevi rarìus diſpoſitis.

Orchis Lilifolius minor. *Floridanus*, floribus amœnè purpureis amplis.

Orchis

Orchis bifolia humilis, radice fibroſâ, ex *Provinciâ Floridana*. An fortè Orchis bifoliata humilis ex *Terra Mariana*, majori folio, & floribus purpureis magnis, *Mantiſſ.* 141.

Orchis s. Monorchis pumila *Floridana*, monophyllos, floſculis perexiguis albis. An Monorchis Ophiogloſſoides unifolia *Pruſſiaca Mentzelii. tab.* 5.

ORnithogalo affinis, radice tuberoſâ, Cyclaminis folio, *Capitis Bon. Spei Breyn. Cent.* 93.

Ornithogalo affinis *Africana*, fibroſâ radice, foliis Cæpe ſucculentis, floribus ſpicatis aureis.

Ornithopodium *Indicum*, argenteis foliis, flore purpureo, ſiliquâ ſingulari. Colinil. *H. Malab. part.* 1. *fol.* 103. Huic haud multùm abſimile eſt. An Orobus *Hyſicanenſis*, ſiliquâ depreſſâ albâ flore obſoletè purpureo. Falcata *Rivini Cat. Pl. ad Append. Parad. Batav.*

ORobanche ſpecies *Æthiopica*, ſpicâ longiſſimâ.

Orobanche, s. Leimodoron *Æthiopicum*, ramoſo caule, floribus amœnè purpureis.

OXys s. Trifolium acetoſum corniculatum ſurrectum rubrum, s. *Americanum Almag. Bot.* 274. Trifolium acetoſiſſimum rubrum, caule parvo aphyllo, foliis craſſis & ſucculentis *Baniſt. Cat. Mſſ.*

Oxys

Oxys parva *Africana*, flore magno candicante, Lupini foliis argenteo ſericeis; pro Geranio per erronem ponitur in *Mantiſſâ fol.* 90. *pl.* 2. cujus Icon habetur in *Phytographia tab.* 350.

Oxys *Africana* hirſutis latioribus foliis, flore magno purpureo.

Oxys *Africana* bulboſa, Dorychnii *Monſpelienſium* parvis foliis, floribus purpureis amplis.

Oxys *Africana*, foliis tenuiſſimis flore amplo verſicolore.

P

PAI-PAROEÆ *Malabaricæ* ſimilis, Frutex baccifer, Coryli parvis incanis foliis *Maderaſpatanus*; Charectry-maram *Malabarorum*.

PAlma montana folio plicatili, flabelliformi maximo, *Almag. Bot.* 277. An Palma cum grandibus foliis, quæ preterebrata Vinum copioſum *Hiſpanico* ſimile profundit, quod Vinum Palmitem *Hollandi* vocant, *C. B. P.* 507.

Palma *Americana* ſpinoſa Hayri dicta; *Almag. Bot.* 277. De hujus Arbore fuit illa ſpina, quam inter Exoticos fructus eſt *Guiana*, ſibi allatos, *Garetus* noſter ad *Cluſium* mittebat, cujus mentionem facit, *Exot. lib.* 2. *cap.* 6.

Palma

Palma *Jamaicensis* non spinosa humilis, Bambu foliis Arundinum ritu incisis, *Almag. Bot.* 277. & *Mantiss.* 145. Huic forte accedit Nuci *Indicæ* majori affinis, fructus *Brasilianus*, *C. B. P.* 510. Fructus exoticus quintus binis foraminibus, parte anteriore, *Clus. exot. lib.* 2. *cap.* 16.

Palma (fortè) cujus fructus Cola dicitur, Nuci pineæ majori similis, pulpâ quadruplici, intùs colore rubicundo, Castaneæ formâ continens, *Pigafettæ. descript. regn. Cong. lib.* 2. *cap.* 1. *C. B. P.* 507. Idem fortè Arbori siliquosæ *Africanæ*, foliis ferè Pyri, semine fabaceo *ejusd. C.B.P.* 404. Phaseolus quintus peregrinus. s. Phaseolus *Coles Clusij. exoti lib.* 3. *cap.* 7. Huic siliquæ sunt candidæ Phaseolis longiores & majores, semina albo putamine ablato Minii colorem habent, & siccata in binas partes spontè finduntur. Non est Palma sed Phascolis adfinis.

PAnax Costino simile, grandioribus foliis peregrinum, *Hort. du Boistan.*

PApaver corniculatum acre, lacteo flore, siliquis & caule hirsutie asperatis, Vernymaram *Malabarorum.*

Papaver corniculatum acre, quinquefolium non spinosum, flore aureo *Maderaspatanum.*

Papaver corniculatum acre, diphyllon *Indicum*, angustiore folio, siliquis singularibus non radiatis. Cauca-pundooe *Malabarorum.*

Papaver corniculatum acre, Menthæ ſativæ folio anguſtiore, monophyllon. Tenna-voulla *Malabarorum*.

Papaver corniculatum acre monophyllon, Valerianæ rubræ folio anguſtiore, ex Inſula *Cheuſan*.

Papaver corniculatum acre Unifolium, Atriplicis Polygoni foliis facie, *Maderaſpatanum*.

PArietariæ affinis Chamædryos folio Herba *Sinica*, floſculis confertis circa caulem ex foliorum alis. Quam hoc modo deſcribit D. *Cunningham*. Planta Chamædryos facie, flore apetalo, flores foliorum alis apprimuntur, vel brevibus pediculis inſiſtunt. Ante apertionem, flos apparet compreſſus caſeoli inſtar, aut vaſculi ſeminalis Malvæ ſylveſtris, flos apertus oſtendit ſtamina breviſſima, alba, extra calycem multifidum protenſa, cui innaſcitur ſemen triangulare, *Septembri* floret, & in *Lapidicinis* provenit.

PEdicularis *Cheuſanenſis*, Geranii moſchati foliis, flore carneo.

Pediculari congener *Malabarica*, foliis oblongo-anguſtis, craſſis ac piloſis, floribus amplis, calyce magno bullato, villis obſito exceptis. An fortè Coroſinam *H. Malab. part.* 9. *tab.* 68.

PEntaphylloides *Sinarum*, foliis ſubtùs argenteis, flore aureo guttato.

Pericly-

PEriclymenum *Cheusanense* surrectum, Salicis folio non serrato. Jasminum arboreum, foliis integris ex Insula *Cheusan* D. *Cunningham.*

Periclymenum erectum *Sinense*, Frangulæ foliis.

Periclymeni similis Myrtifolia arbor *Maderaspatensis*, Nir-Notsjil *Hort. Malab. part.* 5. *tab.* 49. Baccifera *Malabarica* fructu oblongo, tetracocco, calyculato, *Raij. Hist. Pl.* 1573. Changum-goupee *Malabarorum.* Malè dicitur Baccifera.

Periclymenum herbaceum *Cheusanense*, erectum, Circææ majoribus foliis, mollibus & incanis.

Periclymenum scandens hirsutum, subrotundis foliis *Sinicum*, flore minore.

Caprifolium flore ex albo flavescente monopetalo, tubulato, intùs staminoso, in duo labia dehiscente, quorum superius quadrifidum, inferius linguiforme recurvum, flores prodeunt plerumque bini, ex foliorum alis, & caulium summitatibus, cum duobus foliolis, eorum calycibus adnexis, & brevi pediculo insistentes; Calyci autem vix conspicuo, insidet bacca rotundo semine fœta; Folia nascuntur bina, & opposita, Plantæ facies pilosa; *Septembri* floret. Kīn-īn-hóa (i. e.) Auroargenteus Flos *Sinicè* vocatur; vid. *Cleyer Medicin. Sinic. Nov.* 115. D. *Cunningham.*

Persicaria

Perſicaria *Cheuſanica*, Lapathi foliis, calyce floris ex rubro purpureo, ſpica rigidâ, rara, & longiori. Linguâ *Sinicâ* Loōn-King nuncupatur, D. *Cunningham*.

Perſicaria *Cheuſanica*, foliis ſubtùs argenteis, ſpicâ florum elegantiori.

Perſicaria minor multicaulis, ex Inſula *Crocodilorum*.

Perſicaria *Sinenſis*, longioribus & anguſtis foliis, ex Inſula *Cheuſan*.

Perſicaria puſilla *Sinarum*, anguſtiſſimis foliis, ſpicâ rara gracili.

PHalangium parvum *Maderaſpatanum*, flore cœruleſcente, Ella-cauny *Malabarorum*.

Phalangium ramoſum, flore parvo longo gracili, ex Inſula *Crocodilorum*.

Phalangium non ramoſum, ſpicatum luteum, *Prom. Bon. Spei.* foliis magnis Cepæ pulpoſis. In *Hort. Bot. Societ. Pharmaceut. Londinenſ.* apud *Chelſeiam* floribus ſuperbientem, Obſervavimus Menſe *Maio Ann. Dom.* 1702. Idem eſt cum Ornithogalo affini, in præcedentibus recenſitâ.

Phaſeolus *Americanus* ſeſquimeſtris; *Barbadenſibus* noſtratibus, **The Six Weeks Pea** nuncupatur.

Phaſeolus

Phaseolus *Barbadensis* fruticosus, Septennii durationis, *Almag. Bot.* 291. siliquâ longâ fimbriis quadripinnatis ornata, *Mantiss.* 149. Forte etiam Phaseolus amplo flore clypeato, siliquis nigris & angulosis *Plumier. Descript. de Plantes de l'Amerique. tab.* 108.

Phaseolus *Indicus* Salviæ foliis, floribus purpureis summo pediculo conglomeratis.

Phaseolus *Jamaicensis*, fabâ grandiori ex rubro-spadiceâ Cordis D. *Thomæ* adinstar ferè orbiculari, lobo velut in loculo intrà lobum inclusâ.

Phaseolis accedens, Coral arbor *Floridana* trifoliata, foliis subtùs argenteâ lanugine villosis.

Phaseolus *Indicus*, Coral arboris folio, floribus purpureis spicatis, Chemb-paretty *Malabarorum*.

Phaseolis accedenti Coral arbori spinosæ trifoliatæ similis, *Maderaspatana*; Mullmorucomaram *Malabarorum*.

Phaseolus *Maderaspatanus*, foliis glabris trilobatis, flore majore flavescente, siliquâ singulari falcatâ. Coly-Yeveray *Malabarorum*.

Phaseolo affinis *Malabariensis* trifoliata, & quinquefoliata, siliquâ latâ membranaceâ brevi, unicum semen continente. Tsjeria-Cametti H. *Malab. part.* 8. *tab.* 46. *fol.* 89.

Phaseolis accedens, Coral arbor polyphyllos minor. *Collar-Orchy Malabarorum.*

Phaseoli species *Indiana* minor, siliquâ falcatâ, *Calloöe Malabarorum.*

Phaseolus *Canadensis* minimus siliquam Terrâ condens *Almag. Bot.* 29. & *Mantiss.* 149. Voandre *Flacurtii de Insf. Madagasc.* Gabba (fortè) Incolis regni *Lovango Æthiopiæ inferioris apud Ogilv. Afric.* 449. An fortè Habhasis *Arabum, Leo. African.* lib. 5. Effoditur & hic (circà *Caperi* civitatem) quidam fabæ magnitudinis, qui sapore Amygdalum refert, hunc per universum *Tuneti* regnum notissimum, *Arabes* Habhasin appellant.

Phaseolus minor *Ind. Or.* floribus purpureis, spicatis, parvis. Collar-curry *Malabarorum.*

Phaseolus *Cheusanensis*, angûstissimis lanceolatis foliis, ad intervalla confertis.

Phaseolus minor *Cheusanensis*, flore amplo luteo gemello.

Phaseolus minor *Caroliniensis*, mucronatis foliis, flore singulari peramoenè purpureo, *H. Compton.*

Phaseolus minor *Indianus*, Trifolii bituminosi faciem quodammodo exprimens, flosculis amoenè purpureis. Neertuggry *Malabarorum.*

Phaseolus *Cheusanensis* Trifolii bituminosi foliis, siliquis Viciæ gemellis.

Phaseo-

Phaseolus minor *Maderaspatanus*, Trifolii pratensis albi folio, siliculis lentiformibus dispermis, *Outra-cheddy Malabarorum.*

Phaseolus *Indicus* minor, Ciceris triphylli foliis non crenatis. *Nary-tory Malabarorum.*

Phaseolus unifolius *Ind. Or.* summo folio sinuato monospermos, foliis variè maculatis.

PHillyrea Myrsinites *Sinarum.*

Phillyrea *Hispanica*, Nerii-foliis *Turnefortii*, apud *Sherardinas.*

Phillyreæ (fortè) species altera Myrtifolia, ex Insulâ *Cheusán.*

Phillyreæ angustifoliæ facie, Frutex scandens *Malabaricus.* Pan-Niere-cuddy *Malabarorum.*

PInguicula s. Viola palustris elatior, flore magno carneo *Caroliniensis.*

Pinus argentea *Mauritanica*, ossiculo duro fusco, lituris spadiceis variegato.

Pinus *Americana* quinis ex uno folliculo setis, longis, tenuibus triquetris, ad unum angulum, per totam longitudinem minutissimis crenis asperatis. Hanc Arborem ex *Florida*, *Americæ* septentrionalis regione primò advectam esse,

esse, Hortique *Badmingtoniani* ad Arcem Celsissimæ *Ducissæ dotariæ de Beaufort* totius Occidentis *Angliæ* longè amœnissimi, & stirpibus peregrinæ elegantiæ ditissimi, inquilinam factam audiimus. An Larix *Americana*, foliis quinis ab eodem exortu, *Plumier. Turnefort. Inst.* 586.

PIper frutex *Americanum*, spica longâ gracili. *Almag. Bot.* Plantula peregrina *Clusij exot. lib.* 4. *cap.* 11. (sicut in *Almagesto*) ubi dicit, Ad cujus Plantæ genus hanc pusillam referre possem, prorsus ignorabam; Etenim nemo inficias ibit quam difficile sit de Plantis nunquam anteà conspectis, eisque mutilis, & corruptis, certi quidpiam statuere.

PIsum spontaneum maritimum *Anglicum*, *Park. Theatr. Bot.* Item Pisum aliud maritimum *Britanicum*, *ejusd. Park. ibid.* Hæc enim duo summâ ratione non separat *Cl. Rajus Synops.* 186.

Pisum sylvestre perenne, *C. B. P.* 343. Pisum sylvestre, *Clus. Hist.* 2. *fol.* 229. Pisum sylvestre *Pannonicum*, *Camerarii.*

PLanta *Maderaspatana*, longioribus angustis, mucronatis foliis binatis, ab invicem longiùs distantibus, seminibus parvis striatis summo caule in umbellam digestis. Pootumby *Malabarorum.*

Planta peculiaris longioribus foliis, Cepææ *Pancii* capitulis pappofis, ex Inf. *Cheusan.*

Planta *Æthiopica*, alato caule fructum capsularem, grani triticei parvi æmulum, in spica longa spadicea proferens. An Euphrasiæ genus *Africanum*. Fortè Gramen triglochin *Æthiopicum Breynii*.

Planta fruticosa Thymi angustioribus glabris foliis, ad alternos nodos confertissimis. Marum tenuifolium Thymi facie *Hispanicum*, *Boccon. Mus. Tab.* 13. quoàd picturam, huic nostræ multùm assimilatur. Eadem latioribus hirsutis foliis. Utraque ex *Ind. Orientali*.

Planta *Africana* frutescens, Portulacæ foliis, Morgsani *Syrorum* ex brevi pediculo binis, *vid.* Morgsani *Syrorum* similis.

Eadem minor & angustioribus foliis.

Eadem minima & angustissimis foliis *Prom. Bon. Spei.*

Planta *Maderaspatana*, Halicacabi *Indici* J. *Bauhino* foliis, capitulis magnis Stæchadis *Arabicæ* paribus, ex sinu foliorum prodeuntibus, *vid.* inter *Anomalas*.

Planta baccifera Virgæ aureæ latioribus foliis, fructu ad exortum foliorum in spicam racemoso.

Planta perexigua spicata, viridi folio tenui, uno latere profundiùs dentato. In *Horto Uvedalens.* apud *Enfeldiam* ex seminibus natam invenimus; An de censu Euphrasiarum est, usquedùm hæsitamus. Fortè Valerianella *Africana* foliis angustis, flore albo non maculato, *H. Amst. part. alt. fol.* 218.

Planta *Cheusanica* tenerifolia, nudicaulis triphylla, fructum ovatum acrem, nucleo haud absimilem ferens gemellam, alterum summo caule ad sedem foliorum, alterum propè radicem, ad terræ superficiem cauli appressum. Planta est triphylla unicaulis, spithami plerumque longitudine, fructum fert absque flore unicum, in caulis summitate, ovatum, nucleo similem, membranâ tenui inclusum, acrem radicis Ari gustum referentem, & alterum ejusmodi fructum cauli propè radicem, ad terræ superficiem appressum. Mense *Octobri* 1702. collegit D. *Cunninghamus.*

Planta *Sinensis* convolvulacea, floribus papilionaceis cæruleis, ex Ins. *Crocodilorum.*

Planta capreolata scandens *Sinica*, foliis parvis Vitigineis. An Vitis viniferæ species sylvestris.

Planta *Sinica*, umbilicatis subrotundis foliis, scandens cum capreolis.

Plantago Lagopoides quinquenervia caulescens; *Mantiss.* 152. An Plantago angustifolia fruticans, *C. B. P. Clus. Cur. poster. Park. Theatr.* Nascitur ad ripas fluminum in *Hispaniâ. Boël.* Plantago angustifolia fruticans, cujus spicæ admodum breves, insupèr molles, nascitur ad ripas fluminum in *Hispaniâ*, ubi eam *Gulielmus Boëlius* observavit *Cur. posterior.* 34.

Plantago nostras latifolia minor incana, trinervis. Invenit D. *Rand.* An Plantago trinervia, latifolia, minor, incana, *Hispanica*, *Barrelieri* inter *Icones* apud *Turnefort. Inst.* 127.

Planta-

Plantaginis facie *Ind. Or.* Verbasculi parvo folio, spicâ pediculo squammato Cupressi foliorum æmulo insidente, nunc unicâ, nunc gemellâ. Nella-Carumbee *Malabarorum.*

Plantago aquatica minor, Ranunculi flammei majoris folio, nostras.

Plantago aquatica angustifoliâ, ex *Provinciâ Floridanâ.*

Plantago aquatica, amplissimo folio *Floridana.*

POlium *Hispanicum*, angustiori folio procumbens, flore albo polyanthos. An Polium montanum supinum alterum, *C. B. P.* 221. Polium sextum albo flore, *Clusij* Hist. 362. Polium candidum tenellum tomentosum, flore albo, *J. B. tom.* 3. 300.

POlygala major floribunda, ex *Territorio Maderaspatan.* Colla-rotta *Malabarorum.*

Polygala *Tituanensis* aphyllos, Genisto-Spartii æmula, flore amplo cæruleo.

Polygala *Floridana* lutea, floribus in globosum capitulum congestis.

Polygonatum *Floridanum*, non ramosum monanthemum, radice fibrosâ, flore hexapetalo amplo.

POlygonum vulgato simile *Maderaspatanum.* Courundera *Malabarorum.*

Polygonum

Polygonum Nostratis longiore folio, ex Insula *Cheusan*.

Polygonum (inquit Præfatus D. *Cunningham*) est calyce multifido, campaniformi, marginibus rubro-purpureis, semine triquetro, foliis oblongis & angustis.

Polygonum erectum *Caroliniense* lignosum, foliis binatis vulgatissimi foliorum æmulis.

Polygonum sericeum ramosius *Indicum*, foliolis Gallii instar caulem cingentibus, *Mantiss*. 154. Huic fortè spectat Katu-Mailosina H. *Malab. part*. 10. *tab*. 66. Et Pee-coipa *ejusd*. H. *Malab. part*. 10. *tab*. 67. proximè præcedenti in *Mantissa*.

PORtulacæ affinis *Americana* tricapsularis erecta, flore albo pediculis angulosis *Phytograph. tab*. 105. *fig*. 6. Portulaca *Americana* s. *Curassavica* latifolia erecta, floribus albis *P. B. P*. Chamæcistus *Americanus* Portulacæ folio, flore albo *Paradis. Bat*. 121. Telephium *Americanum* Portulacæ folio *Turnefort. Inst. Rei herbar*. 248. Ex hujus capsulâ tripartitò divisa, semina per maturitatem impetu dissiliunt, nescio quo casu in *Almagesto* nostro hæc fuit omissa.

Portulaca *Curassavica* procumbens, Capparidis folio, flore muscoso, capsulâ bifurcatâ *Parad. Bat*. 213.

POtamodendron Arbor *Ripariensis* s. Amnicola *Barbadensibus* **River Tree**, nuncupata.

Potamo-

Potamogeiton lucidum, Lapathi foliis longiſſimis fluviatile noſtras. An fortè hoc ſit Patamogeiton aquis immerſum, folio pellucido, lato oblongo, acuto, *Raij. Synops.* 1. 61.

Potamogeiton alterum noſtras, longis & obtuſis ſplendentibus foliis, minutiſſimè crenatis.

Potamogeiton fluviatile, gramineis foliis longiſſimis noſtras. An Alga fluviatilis graminea, longiſſimò folio, *Turnefort. Inſt.* 569.

Potamogeiton *Maderaſpatanum*, Plantaginis aquaticæ folio minore denſo. Cuttee-Calangòe *Malabarorum.*

Potamogeiton anguſtis ſplendentibus criſpatis foliis, è *Maderaſpatàn.* Ella-paſhu *Malabarorum.*

Potamogeiton *Orientale* fluitans, ſerratis foliis plurimis ad genicula ſtellatìm ambientibus, ſummo ramulo denſius ſtipatis; Vellum-pauſia *Sinenſibus* dictum, & Vellum-paſha *Malabareis.*

Potamogeito affinis, Equiſeti facie τριχόφυλλος. Equiſetum paluſtre ramoſum, aquis immerſum, s. Millefolium aquaticum equiſeti folium, *Raij. Cat. Cantab.* Millefolium aquaticum cornutum, *J. Bauhini ejuſd. Raij, Cat. Plant. Angliæ* ſed perperàm.

Potamogeito affinis, Equiſeti facie tricophyllos minor. Hoc *Cl. Rajus* ſuſpicatur idem eſſe illi â *D. Sherard* obſervato, Inſulæ *Jerſeiæ* in Piſcinis *Philippi Carteret Militis*, ſub hoc titulo. Equiſetum ſub aqua repens ad genicula

 polyſper-

polyspermon *Synopſ. Stirp. Brit.* 280. Fortè Millefolium aquaticum cornutum minus, *C. B. P. Append.* 516.

Potamogeito affinis tricophyllos, floſculis ad foliorum nodos. Millefolium aquaticum minus, *J. B. tom.* 3. 783. *Park. Theatr.* Millefolium aquaticum, floſculis ad foliorum nodos, *C. B. P.* Myriophyllum aquaticum minus, *Gerard. fol.* 828.

PRunifera Elæagni foliis, Yang-muy *Sinicè* dicta, fructu hiſpido fraga redolente, In Vino deſtillato toto anno conſervant.

Prunifera *Floridana*, Chamænerii foliis, ſubtùs glaucis, fructu Olivari, oſſiculo Colopodii formâ ſtriato; **Wild Olive** (i. e.) Olea ſylveſtris *Noſtratibus* dicta.

Prunifera arbor *Sinenſis*, cujus fructus *Mugiuli Indigenis* nuncupatur. **Fair-Womans Plumme**, *Ogilv. Chin. tom.* 2. *fol.* 681.

Prunus *Cheuſanica*, Atriplicis folio, floribus urceolatis, ad ſtipitem aggregatis. An Prunus *Javanica*, Atriplicis folio *Commelin.* cujus *Icon* habetur in *Phytograph.* noſtra. *tab.* 218. *fig.* 2.

Prunus parvus *Sinarum*, Oſſiculo foraminulis veluti perforato.

Pruno affinis *Maderaſpatana*, Tiliæ ferè foliis, fructu racemoſo pyriformi, oſſiculo trinucleo. Tsjem-tani, *H. Malab. part.* 4. *tab.* 11.

Pulegium

PUlegium magnum Ocymi folio *Tituanicum.* An Pulegium latifolium maximum *Hiſpanicum*, *Flor. Bat.* 54.

Pulegii ſpecies erecto caule, latifolia, incana, & hirſuta; *Wheeleri* in *Itinerar.*

Pulegii vulgaris ſpecie *Sinarum*, Herba capſularis, pluribus capſulis ad nodos junctis, caule quadrangulari, ad ſingulos angulos ſerris minutiſſimis aſperato. Toundechedde, à *Sinis* nominatur.

PU-Walli H. *Malab. part.* 7. *tab.* 42. ſimilis Arbor *Maderaſpatana*, Ella-cooty-maram *Malabarorum.*

PYracanthæ ſimilis *Sinarum*, foliis rotundioribus, ſubtùs levitèr tomentoſis, ex Inſula *Crocodilorum.*

Pyrolæ noſtrati ſimilis, ſerratis foliis, Planta *Sinica* baccata, monopyrene. Planta eſt humilis (ad pedalem altitudinem vix aſſurgens,) non ramoſa, foliis Ceraſi ſerratis, ex adverſo binis, fructu rubro, rotundo caudato, ſemine unico fæta, calyce quintifido, Menſe *Novembri* matureſcit. D. *Cunningham.*

Pyrola frute ſcens Arbuti folio, ex Inſula *Cheuſanenſi.*

Pyrola *Mariana*, ſubrotundo Ulmi folio glabro, *Hort. Uvedal.*

Pyrolæ affinis *Malabarica*, foliis ſubrotundis baccas ferens. Karinti-Kali H. *Malab. part.* 10. *tab.* 21.

Quadri-

Q

QUADRIFOLIUM amplum *Maderaſpatanum*, guttis ſanguineis aſperſum, Arry *Malabarorum*.

QUercus julo rotundo, echinato calyce, glande minore lævi, D. *Cunningham*, ex *Inſula Cheuſanenſi*.

Quercus (fortè) *Cheuſanenſis*, Caſtaneæ minoris folio, pronâ parte candicante.

Quercus *Cheuſanenſis*, minoribus, & ſerratis, foliis hirſutis.

Quercus *Mariana*, muricatis Caſtaneæ foliis ſubtùs villoſis.

Quercus *Virginiana*, Salicis longiore folio, fructu minimo.

R

RANUNCULO adfinis Umbelliferis accedens maxima, è *Maderaſpatán*. Vellary *Malabarorum*.

RApunculus *Floridanus*, Trixaginis *Apulæ* ferè foliis, (quando ſiccatus) ex omni parte nigricans.

Rapun-

Rapunculus galeatus Glaſtifolio, floribus exalbidis, *Floridanus.*

Rapunculus galeatus ex *Florida*, Lyſimachiæ ſiliquoſæ glabræ anguſtifoliæ facie, floribus purpureis parvis.

Rapunculus parvus *Sinenſis*, Valerianellæ foliis, ex *Inſ. Cheuſán.*

Rapuntii genus *Malabaricum*, Lychnidis latiore folio molli, & incano, flore verſicolore. An Kâtu-Karivi, *Hort. Malab. part.* 9. *tab.* 44.

Rapuntii ſpecies *Cheuſanica*, Sideritidis folio, flore cæruleo galeato.

Rapuntium minimum *Cheuſanenſe*, Campanulæ autumnalis folio & facie.

Planta eſt flore Lini cæruleo, pentapetaloide, cujus piſtillum abit in vaſculum tricapſulare Campaniforme, calyci quinquefolio incluſum, foliis anguſtis Lini ſimilibus. *Septembri* floret, D. *Cunningham.*

Rapuntii parvi ſpecies altera, *Cheuſanenſis.*

Planta eſt flore ex carneo-purpuraſcente, monopetalo, anomalo, tubulato, & ſulcato, in quinque partes linguiformes digitatim diviſo, (extremis longioribus & anguſtioribus) vagina ad baſim trifida, excipit & amplectitur piſtillum ad ſummitatem; piſtillo ſubeſt vaſculum ſeminale teres, ſeminibus fœtum exiguis, &

 rotundis,

rotundis, ex calyce quintifido factum. Folia fert Alsines ferè similia, alternatìm posita, & levitèr serrata; *Septembri* floret, D. *Cunningham.*

RApuntio an Thymelææ adfinis, Gallii lutei foliis, floribus cæruleis, ex *Promontorio Bon. Spei.*

REseda Luteola dicta *Cretensis*; Luteola *Cretica C. B. P.* 100. Struthium legitimum *Dioscoridis*, quæ χυμίνη in tota *Græcia* appellatur, quâ *Fullones* in tingendo serico lüteo utuntur, *Hon. Belli epist.* 2. ad *Clus.*

RHamni Cathartici similis, longioribus foliis, fructu nigro dipyreno, ex Insulâ *Tow-whey-san.*

Frutex est baccâ nigrâ rorundâ, umbone notata, succo lutescente (instàr Rhamni Cathartici) prædita, & duobus seminibus callosis, gibbosis, & quasi cylindraceis fæta; foliis oblongis & obtusis, levitèr serratis, spinis rarioribus, & longioribus donatur, *Octobri* fructus maturescit.

Rhamno nostrati catharctico accedens minor, ex Insulâ *Cheusân.*

Rhamnus *Cheusanensis*, cortice albo, Berberidis instàr fructum ferens calyculatum.

Frutex est spinosus, flore superiùs purpureo parùm striato, inferiùs ex viridi & albo purpurascente, hypocrateriformi, multifido, quinquepartitò, plerumquè, tubo breviori, ex cujus calyce quadrifido, surgunt stamina

mina alba, cum piſtillo, quod abit in fructum mollem, s. baccam rubram ovatam polypyrenam; Fruticis facies Berberi quodammodo aſſimilatur; *Septembri* floret, D. *Cunningham.*

Rhamnus Pruni ſylveſtris folio *Cheuſanenſis*, corticè querno, Validioribus foliatis ſpinis, baccâ minore nigrâ, unicum intùs ſemen claudente.

Rhamnus *Maderaſpatanus*, Acaciæ *Robini* foliis, ſpinis longis folioſis, corticè candicante.

Rhamnus *Sinenſis*, flore cæruleo, ex Oris maritimis Inſulæ *Cheuſan.*

RHus *Canadenſe*, folio longiori utrinque glabro, *Turnef. Inſtit.* 611.

Rhus quinquefolia *Sinarum* lacteſcens, rachi medio alata, foliis molli hirſutie pubeſcentibus.

Rhus *Floridana* minor, Clematis *Conterrheni* foliis, ſubtùs lanatis.

Rhus *Africanum* trifoliatum, latis Roſmarini foliis, ſubtùs argenteis.

Rhus *Africanum*, ſtrictiſſimis foliis trifoliatum, ex *Prom. Bon. Spei.*

RIcini fructu parvo, fruticoſa *Curaſſavica*, folio Phylli, *Almag.* 321. An Tithymalus *Americanus* incanus Halimi

limi folio *Breyn. Prodr.* 2. 99. Hujus pictura exstat in *Phytogr. tab.* 107. *fig.* 6.

Ricinus *Maderaspatanus*, Marrubii albi foliis, fructu tricocco inter folia dispersо.

Ricinus *Ind. Or.* foliis quinquifidis, subtùs lanugine obsitis; Paretty-maram *Malabarorum*.

Ricinus *Brasiliensis*, Geranii nodosi folio trifido; inter Collectaneas D. *Dampier*.

Ricinus *Maderaspatanus*, folio trifido, & quinquifido mollioribus spinulis, cum suis globulis coronatis, in ambitu ornato, Cautamanuck *Malabarorum*.

Ricinus Saniculæ, s. Diapensiæ folio *Sinarum*, ex Insula *Cheusán*.

Ricophoræ (fortè) genus Bryoniæ nigræ foliis heptaneuros; nervis per longitudinem profundius punctatis, plurimis conspicuis venis in parallelos venustè transcurrentibus: Payn-cheddy *Malabarorum*. An Kattu-Kelengu, H. *Malab. part.* 7. *tab.* 37. Batatæ species.

Ricophora *Maderaspatana* triphyllos, oblongo fructu triangulari. Fortè Tsjagera-Nuren H. *Malab. part.* 7. *tab.* 31.

Rorella parva *Cheusanensis*, Nostrati similis, caule folioso.

Rorella

Rorella *Malabarica*, pennatis angustioribus foliis, folioso caule, floribus pentapetalis carneis. Araka-puda *H. Malab. part.* 10. *tab.* 20. Alfinè Myriophylli folio, flore carneo, *Commelini Not. in locum.*

ROſa ſylveſtris *Cheuſanica*, foliis ſubtùs incanis, floribus purpureis parvis.

Roſa alba *Cheuſanenſis*, foliorum marginibus, & rachi medio ſpinoſis.

RUbia *Sinica*, fructu majore nigro, foliis partìm Gallii ſtellatis, partìm Smilacis aſperæ effigie ſcabris.

Rubia quadrifolia aſpera, baccis numeroſis ſingularibus, nigris, ſucculentis, ſeminè unico, rotundo, umbilicato fœtis. *Novembri* collecta, *D. Cunningham.*

Rubia tetraphyllos erecta, minor, aſpera, *Virginienſis*, *Almag. Bot.* 324. pl. 3. An fortè Rubia *Virginea*, *C. B. P.* 334. *Chappawer*, radices tenues, quibus ad tincturas utuntur, in *Deſcript. Virgin.*

Rubia diphyllos *Americana*, Molluginis montanæ ſimilis, floribunda, ex *Provinciâ Floridanâ.*

Rubia (forte) bifolia *Ind. Or.* Amomi *Plinii Quorundam* facie, caule quadrangulari. Nella-Veamboe *Malabarorum.*

Rubia ſpicata, frequentioribus & longioribus ſpicis compreſſis, radice irrepente. An Rubia ſpicata repens, *Bot.*

 Monſp.

Monsp. 225. Rubeola supina, spicâ longissimâ, *Turnef. Inst.* 130.

Rubus *Sinensis*, non spinosus triphyllos, floribus parvis rubro purpureis.

Rubus parvus spinosus, foliis subtùs canescentibus, *Sinarum*, ex *Insula Emoyaca.*

Rubus odoratus, foliis Spinachiæ modo incisis, ex *Floridâ.*

Rubus odoratus minimus *Sinensis*, cauliculis asperis provolutis.

Sa

SAGITTARIA *Floridana* magis nervosa, longioribus alis, & foliis multò magis acuminatis.

SAlicis capreæ foliis mucronatis, Arbuscula *Cheusanensis.*

Salicis folliculiferæ tetraphyllos, *Almag.* similis, Arbor *Cheusanica* polyphyllos.

Salicis pumilæ brevi angustoque folio incano similis, Arbuscula baccifera ex *Indiâ Orientali.*

Salvia incana, alatis foliis *Mauritanica.*

Sambucus

SAmbucus humilior frutescens, foliis elegantèr variegatis, *H. Edinburg. Turnef. Inst.* 606.

SAnicula s. Cortusa *Floridana*, Tarraconis folio punctato, floribus spicatis rubris.

Sanicula alpina *Africana*, angustiore folio, guttato flore luteo; Sanicula angustifolia autumnalis, flore luteo guttato, foliolis florum magis acuminatis, *Breyn. Cent.* 106. Geum angustifolium autumnale, flore luteo guttato; *Turnefort. Inst.* 252.

SAntalum nigrum, Davadarre *Malabarorum*, *Almag. Bot. Mantiss.* 167. Arbor *Indica* Pruni sylvestris folio, Corni maris fructu longiore, cujus lignum Santalum nigrum ab *Indigenis* habetur. Fortè Anonymos quarta *Theophrasti* s. Arbor *Indiæ Or.* cui fructus similis Cornis *Theophr. lib.* 4. *cap.* 5. Orula fortè *Cingalensium Knocci* Hist. *Zeylan. fol.* 17. Aut fortè Ambelos *Eorundem ejusd. fol.* 14.

SAtureia hirsuta, foliolis pronâ parte amœnè purpureis; An Satureiâ hirsuta imis subrotundis Clinopodii *Austriacæ* foliis, subtùs purpureis, ex *Sicilia Mantiss.* 167.

SCabiosa dendroides, Sambac *Arabum* foliis ex adverso binis, è *Maderaspatan.*

Scabiosa Fraxinellæ foliis, *Turnefort. Inst. append.* 666.

Scabiosa glabra, foliis rigidis atrovirentibus minùs dissectis, medio rachi candidissimo. Scabiosa glabra, foliis rigidis

rigidis viridibus *J. B. tom.* 3. *fol.* 8. quam à Scabioſa montanâ *calidarum Regionum* nunc ſeponere velim, quamvis alitèr ſemèl putavimus, vid. *Almag. Bot.* 334. *pl.* 6.

Scabioſis affinis Planta *Malabarica*, foliis criſpis. Pee-tardavel *H. Malab. part.* 9. *tab.* 79.

Scabioſa montana media, globoſo flore, foliis gramineis. Caryophyllus montanus flore globoſo medius; *Schol. Bot.* 117. In *Horto Medicinæ Chelſeiano* ſæpè obſervavimus, & frequentius flore albo.

Scabioſa graminifolia nudicaulis, capitulis argenteis; ſive Statice minima elatior *Sinarum.*

Scabioſa graminifolia, s. Statice minima argentea, foliis & caulicolis hirſutie pubeſcentibus, ex *Provincia Floridanâ.* Huc etiam ſpectare videtur Tsjeru-Katsjilletti-pullu *H. Malab. part.* 12. *tab.* 68.

SCorodoniæ affinis *Sinarum*, floribus ex albo-purpuraſcentibus, ſpicâ florum compactiore.

Planta eſt flore ex albo purpuraſcente, monopetalo, labiato, cujus ſtamina labii ſuperioris locum occupant, labium vero inferius in quinque partes dividitur, mediâ ampliori, & cochlearis ad inſtar excavatâ, cæteris in floris cervice, e regione poſitis; in calyce campaniformi quintifido, reconduntur quatuor ſemina ſubrotunda, & oblonga, caulis quadratus. *Septembri* floret, D. *Cunningham.*

Scorpioides

Scorpioides monophyllos *Maderaſpatana* minor, Nummulariæ foliis rigidioribus, ſiliquis nodoſis, Perimballary *Malabarorum.*

Scorpioides pinguifolium triphyllon, corniculis articulatis intortis, *Almag. Bot.* 337. pl. 6. Telephium *Cæſalpino*, cui & Herba amoris, quia Puellæ in amore explorando, foliis hujus utuntur: Si enim folia cum ſalivâ applicata cutim tantùm rubefaciant, Amoris putant indicium; Si puſtulas excitant, Odii: Hunc uſum *Antiqui Poetæ* Telephio tradidêrunt, ut apud *Theocritum* videre eſt, qui ob id Philtrum quoque appellârunt.

Scorpioides minor, Telephii *Imperati* foliis, ex Inſula *Cheuſan.*

Scorpioides *Maderaſpatana*, ſingulari Perſicariæ puſillæ folio, ſiliquis erectis nodoſis; Worrill-tamary *Malabarorum.*

Scorpioides *Maderaſpatana*, Graminis Leucanthemi foliis, ſiliquis nodoſis.

Scorpioidi affinis, anguſtioribus foliis, flore luteo *Maderaſpatana.* Nir-murri (forſàn) *Hort. Malab. part. 9. tab.* 32.

Scorzonera *Lybica*, Auriculæ Urſifolia humilis, flore purpuraſcente.

SCrophularia major, caulibus, foliis, & floribus viridibus; *Raii. Synops.* 161.

Scrophularia Saxatilis lucida, Laserpitii *Massiliensium* foliis, *Boccon. Mus. part.* 2. 166. Scrophularia Laserpitii foliis *ejusd. Tab.* 117.

Scrophularia minor *Sinica*, Betonicæ subrotundis foliis.

Scrophularia peregrina, Agrimoniæ foliorum æmula, *Hort. Badmingtonii.*

Scrophularia palustris non fætida, s. aquatica minor, *C. B. P.* Betonicæ aquaticæ species minor; *Lobel. Observ.*

Scrophulariæ affinis, Sideritidis folio *Malabarica*, caule fistuloso striato, floribus parvis, plurimis ad nodos cauli arctè adhærentibus; An Pola-Tsjira, H. *Malab. part.* 9. *tab.* 78. Sideriti folio *Indica* palustris, caule fistuloso, flore pentapetalo subviridi, semine minutissimo, ex albo ruffescente *Commelin. Not. in locum.*

SCutellaria Melissæ retusis foliis, *Americana.* An Cassida peregrina Melissæ foliis; *Turnefort. Instit. append.* 675.

Scutellaria *Melissæ* folio maximo, ex Provinciâ *Mariana.*

Scutellaria *Americana*, Lysimachiæ spicatæ cæruleæ foliis, floribus dilutè purpureis.

Scutellaria *Sinensis*, Teucrii crassioribus hirsutis foliis, floribus purpureis.

Scutellaria *Sinica*, Betonicæ folio, floribus albis.

Scutellaria

Scutellaria cærulea, Majoranæ foliis *Americana*, *Almag. Bot.* 338. Caſſida *Canadenſis* pumila, Origani folio *Saraceni Turnefort. Inſtit. append.* 675.

Scutellaria *Virginiana*, Hyſſopifolio, flore candidiſſimo.

Scutellaria paluſtris minor ramoſiſſima, flore albo *Floridana.*

Scutellariæ accedens *Cheuſanenſis*, Ocymi folio, flore ex albo purpuraſcente, ſemine ſingulari.

Planta eſt flore intùs purpureo, exteriùs ex albo purpuraſcente, monopetalo, infundibuliformi, quadrifido levitèr inciſo, tubulato, tubo incurvo; Ex calyce brevi multifido, ſurgit piſtillum, quod deindè abit, in ſemen unicum ovatum, extrà calycem prominens. Folia naſcuntur bina, oblonga, acuminata, ſupernè lætè, infernè pallidè viridia, & flores in ſpicis. *Septembri*, & *Octobri* floret, D. *Cunningham.*

SEbeſtenæ foliis Arbor *Africana*, fructubus Guaiaci æmulis, dipyrenis, ad ramulos plurimis ſimùl pronaſcentibus, ex *Prom. Bon. Spei. vid. inter Lycia fol.* 137.

SEcuridaca Sesban *Ægyptiacæ* ſimilis, ſed diverſa, ex *Ind. Orient.* Chamby-maram *Malabarorum.*

SEdum *Africanum*, lato & oblongo folio virente, ex interiore foliorum planitie radiculas emittens, *Hort. Comptonian.*

Sedum

Sedum Anthylloides *Capenſe*, floſculis in ſpicas graciles, verticillatim poſitis, *H.* *Uvedal.*

Sedum minus, s. Vermicularis *Moroccana* flore rubeſcente.

SEna ſpuria arboreſcens, Sesban *Ægyptiacæ* foliis, ſanguineis virgulis ex *Inſulâ Cheuſán.*

Sena ſpuria *Sinenſis*, Mimoſæ foliis minimis, floribus parvis magis expanſis, ex *Inſula Crocodilorum.*

SEnecio hirſutus, *C. B. P.* 131. Senecionis ſpecies *Dodonæi*, *Hiſt. Lugd.* 577. Erigeron tomentoſum, & Senecio incana, *Lobelii Icon.* Hæc autem (noſtrâ ſententiâ) ad Hieraciorum claſſem rectiùs accenſeri meretur.

Senecio *Maderaſpatanus*, Sinapeôs folio, floribus parvis luteis. Errataunеy-pundooe *Malabarorum.*

Senecio *Maderaſpatana*, villoſo Botryos folio.

SErratula *Virginiana* minor, anguſtifolia mollis, flore purpureo. Eadem (fortè) quæ à *Breynio* exhibetur in *Prodromo.* 2.

SEſamoides parvum, Acini foliis, hirſuto caule *Maderaſpatanum*, Nella-crandy *Malabarorum.*

Seſamoides parvum Serpylli facie *Maderaſpatanum*, Elacorandee-curry *Malabarorum.*

Seſeli pratenſe maximum *Floridanum.*

Sideritis

SIderitis montana parvo varioque flore, *C. B. P.* 233. Sideritis montana, parvo flore nigro purpureo; *Fab. Columm.* 196. *cum fig.*

Sideritis incano Oleæ folio, flosculis ex incarnato candicantibus, *Montis Libani*, *Volck. Flor. Noriberg.* 383. *cum fig.* 353.

Sideritis *Maderaspatana*, Nepetæ alpinæ minoris folio magis villoso. An Eadem quæ habetur in *Phytograph.* nostra. *Tab.* 315. *fig.* 2.

SIler Aquilegiæ foliis angustoribus, ex Maris *Sinarum* unâ de *Insulis Crocodilorum.*

SInapi luteum querno folio, siliquâ hirsutâ, *Hort. Catholic. Volck. Flor. Noriberg.* 385. *cum pictura* 355.

SIsarum *Acadiense* angustifolium; *Hort. Comptoniani.*

SIsynrichium *Malabaricum*, foliis longissimis striatis, radice glandulosâ; floribus flavis, maculis rubris elegantèr notatis. Belam-canda-shularmani H. *Malab. part.* 11. *tab.* 37.

SIum minimum umbellatum, *Sinicum.*

Planta est flore albo rosaceo, umbellato, ex quinque petalis subrotundis, in orbem positis, & totidem stami-

nibus composito, calyci insidentibus, qui deinde abit in fructum, ex duobus seminibus compositum, subrotundis, crassis, hinc gibbis & profundè striatis, indè vero planis: Folia fert brevia & crassa, costæ per conjugationes innascentia, ultimo impari claudente trifido, & pinnis aliquando trifidis. Ex Insula *Pum-si-san*, allata est, ubi Mense *Octobri* floret, D. *Cunningham.*

SMilax *Floridana*, viticulis spinosis, Judaicæ arboris folio maximo, cordato leni. An Smilax aspera, s. spinosa latifolia retusa, folii peripheria leni, *Hort. Catholic. Turnefort. Inst.* 564.

Smilax viticulis asperis, leni Canellæ folio, ex *Indiâ Orientali*, Kari-Vilandi *Hort. Malab. part.* 7. *tab.* 31.

Smilacis asperæ s. Zarzæ latis Canellæ foliis, Planta *Orientalis* claviculata, pediculis foliorum vaginatis, Cynorrhodi fructu, profundiùs striato, Mali punici adinstar, tubulo brevi pergameno, summâ parte coronato; Ex Insulâ *Crocodilorum.*

SOlanum bacciferum vulgari simile maxim. *Sirinamense P. B. P.* è seminibus ex *Carolinâ* allatis natum. Vidimus in *Horto Medicinæ Chelseiano.*

Solanum bacciferum *Ind. Or.* non spinosum, Amomi *Plinii* folio, floribus cæruleis ramosiùs expansis, sive paniculatis.

Solanum spinosum sinuatis foliis *Floridanum*, Borraginis flore lacteo, Juripeba mas *Pisonis.* 181.

Solanum

Solanum quadrifolium *Nov'anglicanum*, flore lacteo polycoccon. *Josselin* de *Nov. Angliæ rarioribus. pag.* 80. ubi Icon exhibetur.

Solanum mordens *Sinicum*, Berberidis fructu singulari, viticulis suis spinis longioribus aculeatum.

Solanum exoticum arborescens Bliti foliis pallescentibus, calathoide flore ex luteo pallescente, summis oris in profundas lacinias incisis, caulibus, & pediculis foliorum tomentosis in *Hort. Episc.* Fulhamiæ cultum conspeximus.

SOnchus *Floridanus*, Aceris majoris folio, in ambitu mitioribus spinulis armatus.

Sonchus mitior, Saniculæ nostratis folio, *Floridanus.*

Sonchus lævis *Floridanus*, Ari, vel Sagittariæ foliis sinuatis.

Sonchus *Floridanus* triphyllos, Napi foliorum æmulis.

Sonchus *Floridanus*, Sassafras in modum trilobatis foliis.

Sonchus *Nov'anglicanus*, Chenopodii foliis, radice bulbosa, sanguineo caule, floribus ramosis candidissimis. Hujus *Icones* duæ habentur apud *Rariora Nov'anglican.* à *Jo. Josselin. edit. Idiomate Anglicano. pag.* 76, *&* 77. Sonchus *Marianus*, Atriplicis folio, *Mantiss. nostræ* 175. Huic propiùs accedit.

Sorbi

SOrbi ſylveſtris pinnatis anguſtioribus, & mucronatis foliis, Arbuſcula *Cheuſanenſis*.

Sorbi legitimæ foliis, Arbor *Cheuſanica*, medio rachi appendicibus aucto.

Sorbi ſpecies *Sinarum*, Cucurbitiferæ *Panaroma* dictæ (*Almag. Bot.*) foliis, aculeato caudice ſcandens, fructum ferens in corymbis.

Frutex eſt ſpinoſus ſcandens, baccis rubris, rotundis in umbellæ modum diſpoſitis, in pulpâ ſubrubrâ, ſucculentâ, guſtûs parùm acidi, & adſtringentis, latent ſemina oſſea plura, inæqualis figuræ, plerumque verò hinc plana indè convexa, circà axem ſeu placentam diſpoſita. Folia Polygonati ferè, ſed circinatæ rotunditatis, ſingulas foliorum & ramorum divaricantium inſertiones duo amplectuntur foliola, in cirros plerumque terminantia. *Novembri* fructum perficit, D. *Cunningham.*

SPeculum Veneris *Thracicum*, flore ampliſſimo *Doctoris Covel. Raij. Cat. Stirp. Oriental. pag.* 19. *vid. Campanula.*

SPiræa *Hiſpanica*, Hyperici folio crenato, *Turnefort. Inſt.* 618.

Spiræa altera humilior, floribus expanſis, folio ſubrotundo ſinuato *Styriaca*, *Boccon. Muſ. Pl.* 137. *tab.* 96.

Spiræa durior, folio angustiore tridentato, floribus expansis, (i. e.) Spiræa tertia durior angustifolia, floribus albis expansis *Boccon. Mus. Plant.* 137.

Spiræ (fortè) genus *Africanum*, Serpylli hirsutis foliis fruticosum, floribus albis umbellatis, de hàc *Vid. Mantiss.* 171. *pl.* 2.

SPongia globosa, s. Sphæra marina Algæ pomum dicta, è clavatis Spongiolis ad centrum terminantibus, coagmentata.

STachys fruticans latifolia tomentosa, flore ferrugineo, *Barrelier.* Phlomis *Hispanica*, fruticosa candidissima, flore ferrugineo, *Turnefort. Instit.* 178.

Stachys *Indica* Marrubii crassioribus, & villosis foliis. Pamarreta *Malabarorum.*

Stachys *Americana* minor fætida, quernis foliis, sanguineis maculis insignita.

Stachys *Maderaspatana*, serratis Salviæ foliis magis mucronatis, Etta-Pamuretty *Malabarorum.*

Stachys Lychnitis, angustissimo Salviæ folio crenato, spica longâ gracili, compactiore, è Regione *Maderaspatan.*

Stachys minor *Tituanica*, Polii *Veneti* foliorum æmula.

Stachys minor Sideritidis viridibus foliis, longiori pediculo villoso innixis, spicâ florum breviori, è *Maderaspatan.*

SYmphytum minimum Acini foliis bijugis *Maderapatanum*, *Almag. Bot.* 358. An Symphytum petræum verum *Dioscoridis*, *lib.* 4. *cap.* 8. quam eandem esse cum Sucuto *Avicennæ lib.* 2. *cap.* 642. deprehendit *Mainardus Epistolar. lib.* 6. *epist.* 6. Hujus *Icon* habetur in *Phytograph. tab.* 227. *fig.* 7.

Symphytum s. Pulmonaria non maculosa, foliis glabris *Americana*, flore patulo cæruleo, *Almag. Bot.* 359. cujus Icon exhibetur *Phytograph. tab.* 227. *fig.* 6. An forsan Symphytum, s. Pulmonaria alpina, foliis mollibus subrotundis, flore cæruleo, *H. R. P. Schol. Botan.* 107.

SYringa baccifera, Myrti subrotundis foliis, floribus albis gemellis, ex *Provinciâ Floridanâ*. Idem fortè cum Syringâ bacciferâ scandente Myrtifoliâ, s. Pecala *Malabarorum*, in *Mantissa* nostrâ recensita, *fol.* 176. aut certè istiùs proximè cognata. *Hæc enim se erigere nobis videtur.*

T

TAmarindus monococcos minor pruniformis, Carandas *Garciæ*, *Mantissæ*. 177. Celebre in *Indiâ* & *Chinâ* est *Soy* nobile garum, & longè melioris notæ quam *Ceshup* perhibetur: *I. Slede* Navarcha in locis istis diù versatus *Henrico Mundy* de *Gulæ irritamentis* Cl. Authori retulit se a *Sinensibus* & *Japonensibus* accepisse, eam excellentiam huic liquamini admistione fructûs cujusdam fabæ similis, nimirùm propter saporis acumen conciliari.

Biocre-

Biochreſtolog. 297. *Quære* An fortè horum ſit fructuum pulpa farinacea; Idem fortè cum *Muſteran d'Ova Luſitanorum-Braſilienſium*, quorum meminit *Dampier*, *Vol.* 3. 71. Et licet *Dampier* hos fructus illic non viderit ipſe, ſed ex *Hiberni* cujuſdam apud *Sinum Omnium Sanctorum Braſiliæ* degentis deſcriptione habuit, Illos tamen in *Achem* urbe Inſulæ *Sumatræ*, *Indiæ Orientalis*, ſe & conſpexiſſe, & comediſſe ſuſpicabatur.

Tamariſcus Ericoides, foliis incanis *Æthiopica*, ſpicâ florum longâ ſpadiceâ.

TElephii legitimi quodammodo ſimilis, Herba *Maderaſpatana*, galeato & labiato, parvo flore candicante, in foliorum alis. Kodatsjari (fortè) H. *Malab. part.* 9. *tab.* 67. Portulacæ foliis ſimilis planta, flore albo galeato, & labiato, ſemine oblongo, rotundo, ruffo, fuſco colore, *Commelin. Not. in locum.*

TErebinthus peregrina, fructu minore & cæruleo eduli, *C. B. P.* 400. Terebinthus *Indica*, fructu parvo ad cæruleum accedente, *J. B. tom.* 1. 278. Terebinthi alterum genus *Rauwolfio*, *Cluſij Hiſt. Plant.* 16.

TEtraglottis baccifera *Sinarum*, s. Lingularia arbor *Sinenſis*, Goſſipii quinquifidi amplioribus foliis, quatuor ligulas foliaceas, longo pedunculo ex alis inſidentes, pro floribus ferens, è ligularum margine baccifera. Ou-tom-chu *Sinarum Pere le Compte de China* 161. ubi videſis deſcriptionem.

Tetrapteris Frutex *Africanus*, Linariæ folio crassiore, fructu quadripinnato, s. quaternis membranaceis extantibus alis, donato. Tetragonocarpos *Africana* fruticans, foliis longis & angustis, H. *Amst. part. alt. fig.* 103.

TEucrium *Cheusanicum*, folio molli, & incano, floribus cæruleis.

Planta est flore cæruleo, monopetalo, labiato, cujus labium superius parùm fornicatum est, surrectum, & fimbriatum; inferius vero trifidum: Ex calyce quintifido surgit pistillum, quod deindè abit in quatuor semina, triangularia, fusca, in capsulâ quæ calyx floris fuit recondita. Flores fert in umbellâ quasi dispositos, & folia serrata, subrotunda, & oblonga, mollia & incana. *Novembri* floret; Ex *Insula Pú-tó* delata, D. *Cunningham.*

THlaspi allium redolens Morîs. *Hist. Oxon. part.* 2. *fol.* 297. Scorodothlaspi *Ulyssis Aldroandi J. B. tom.* 2. *fol.* 932.

Thlaspi montanum luteum, *J. B. tom.* 2. 928. Leucoium (fortè) luteum montanum supinum, *Ponæ ejusd. ibid.*

Thlaspi fruticosum, Leucoii folio latifolium; *C. P. prodr.* 49.

Thlaspi Leucoii folio fruticosum, ex *Siciliâ.*

Thlaspi

Thlaspi *Barbadensium* frutescens, siliquâ hastatâ. An Thlaspi montanum album, siliquâ hastatâ, acuto Globulariæ folio, *Boccon. Mus. Tab.* 64.

Thlaspi biscutatum Anchusæ foliis, *Boccon. Mus.* 167. Thlaspi biscutellatum luteum, Anchusæ folio, *ejusd. tab.* 122. Thlaspidium Anchusæ folio, *Turnef. Inst.* 215.

Thlaspi parvum Halimi angusto argenteo folio, *Boccon. Mus. tab.* 39. Alyssum minus, Halimi argenteo angusto folio, *Turnef. Inst.* 217.

THymelæa *Africana*, Ericæ foliis cauli appressis, fructum aviculæ capitulum cum suo rostello exprimentem, sparsim inter ramulos proferens; Eadem est Thymelææ illi, quæ exhibetur in *Phytographia* nostrâ, *tab.* 228. *fig.* 9.

Thymelæa tomentosa, foliis Sedi minoris, *C. B. P.* 463. Sanamunda tertia, *Clus. Hist.* Erica *Alexandrina Lobelio. Tabern.* Sesamoides parvum *Dalechampii*, Sanamunda tertia *Clusii*, *Jo. Bauh. tom.* I. 595.

Thymum capitatum Camphoratæ foliis *Mauritanicum*.

Thymum minus capitatum *Fessanum*, Chamæcyparissi foliis brevibus, hirsutie villosâ fimbriatis, è *Montibus Jorjoon.*

TIthymalus Amygdaloides *Floridana*, foliis brevioribus glabris.

Tithymalus, ſive Eſula exigua procumbens, lanceatis foliis, *Floridanus*.

Tithymalus parvus, Coridis folio *Maderaſpatanus*.

Tithymali s. Peplios ſpecies *Ind. Or.* Paaſha-cheddy *Malabarorum*.

Tithymalus parvus *Indiæ Orientalis*, Herniariæ foliis, s. Chamæſyce *Indica* erecta, ramulis & foliolis confertiſſimis. Collar-pawly *Malabarorum*.

Tithymalus botryoides minor erectus, *Ind. Or.* Culla-pawly *Malabarorum*.

Tithymali botryoides Planta ſimilis, criſpatis foliis tricapſularis, ex *Sinâ*.

Tithymali facie Planta *Æthiopica*, brevibus ferratis foliis ad caulem imbricatis, floſculis plurimas in ſpicas ſummo ramulo diſpoſitis. Valerianoides fortè *Æthiopicum*.

Tithymalus *Sinicus* paluſtris, fruticoſi ſimilis, ex Inſula *Cheuſan*.

Tithymalus aizoides *Ind. Or.* ſpinoſis extuberantiis, Apocyni fritillarici in modum, ſed rarius dentatus. Collemolian *Malabarorum*. An fortè Eſula *Indica Bontii*, *Hiſt. Nat. & Med. lib. 6. fol.* 153.

Tithymalus aizoides *Africanus*, ſimplici ſquamato caule, *Caſp. Commelin. Prælud. Bot.* 57. *fig.* 7.

Tithymalus

Tithymalus aizoides *Africanus*, simplici squammato caule, Chamænerii folio, *ejusd.* 58. *fig.* 8. Neutra harum spinis est imbuta.

TOrdylium minus *Siculum*, *Hort. du Boisiani.*

TRiapteris *Sinarum* Hederæ folio scandens, fructu minore.

Triapteris *Sinarum* Tiliæ ferè foliis alternis, ad genicula fructum fasciculatìm proferens, monospermum, semine triquetro nitente nigro.

Frutex est foliis subrotundis, in acumen desinentibus alternatìm positis, vasculo seminali cordiformi ex tribus alis membranaceis, sagittæ extremitatis instàr conflato, in medio semen unicum nigrum, lucidum, triquetrum, & carinatum includente, caulis nodosus & fistulosus, semina ad caulium nodos, in fasciculis proveniunt. *Augusto* floret, D. *Cunningham.*

TRibulus terrestris *Indiæ Orientalis*, foliis Viciæ subrotundis, & villosis, *Turnef. Inst.* 266.

Tricapsularis *Africana* Planta peculiaris; An fortè Gladioli species, fructu, & modo crescendi Lachrymam *Jobi* æmulans.

Trifolium lagopoides *Sinicum*, incanis Bituminosi foliis, summo caule, spicâ brevi interruptâ, cum glomerulis ad foliorum alas sessilibus. Trifolium Lagopoides majus *Nov'anglicorum*

Nov'anglicanum foliis ſubtus argenteis ; capitulo breviori rigido ; Huic in omnibus ferè quadrat.

Trifolium Lotoides non ramoſum, anguſtiore Bituminoſi folio, flore parvo luteo ſingulari, *Mantiſſ.* 184. An Oxys lutea fruteſcens, *Americana*, Trifolii bituminoſi facie *Plumier. Inſtit. rei herbar. Turnefort. pag.* 89.

Trifolium *Sinenſe* frutex Polemonii foliis, floſculis parvis coccineis, ſecundùm caulem ex calycibus ſpinoſis emergentibus.

Trifolium *Africanum* fruticoſum, Dorychnii facie argenteum, floribus velut in capitulum congeſtis.

Trifolium tenuifolium argenteum, ex Provinciâ *Floridanâ*.

Trifolium anguſtifolium fœtidum, foliis longis pedunculis inſidentibus, cauliculis albis ſericeis, ex *Horto Badmingtoniano.*

Trifolium ſiliquoſum Loto affine *Sinarum*, anguſtis oblongis foliis, ad foliorum ortum, ſiliquâ ſingulari brevi.

Trifolium ſurrectum *Sinicum*, cordatis foliis glabris, floribus plerumque gemellis.

Trifolium ſiliquoſum rotundifolium glabrum. floribus ex albo & purpureo mixtum, Serra-faulula *Malabarorum*. Trifolium quod habetur *Phytograph. tab.* 231. *fig.* 4. huic plantæ (excepto floris colore) propiùs accedit, immò quoque

quoque illa procumbere videtur, hæc autem ſe ſurſum erigit.

Trifolium ſpicatum, Thlaſpeôs ſiliculis *Nov'eboracenſe.*

Trifolium maritimum monocarpon, ſiliculis parvis lenticularibus confertim naſcentibus ex *Inſula Tow-whey-ſan* ſub Imperio *Sinarum.*

Planta eſt maritima trifolia, flore papilionaceo, ſiliculis lenticularibus caudatis, unicum ſemen lentis figurâ continentibus, & in calyce multifido non reconditis. Ex *Inſula Tow-whey-ſan.* delata *Octobri* 20. 1702. D. *Cunningham.*

Trifolium monocarpon Meliloti affine, folliculis parvis compreſſis, *Cheuſanenſe.*

Trifolium fructu racemoſo, *Boccon. Muſ. Plant.* 163. Eſt ſpecies Meliloti, ad *Hiſpanicam* propius accedens, pericarpio candidiore.

Trifolium lupulinum flore purpureo, *Cupani. Hort. Catholic.*

TRiticum peregrinum, locuſtis echinatis, *Hort. Uvedalenſ.*

TRochlea Vegetabilis, Cochlydii adinſtàr ſpiralis, **The Screw-pulley** ex *India Orientali.*

TSjana-Kua *H. Malab. part.* 11. *tab.* 8. cujus radix Coſtus *Arabicus Dioſcoridis.* à *Commelino* putata. Coſti quoddam genus, Zinziberi radici ſimile, *Cluſij. Not. in Garciam.*

TUlipifera arbor *Floridana*, Lauri longè amplioribus ſplendentibus, & denſioribus foliis, flore majore albo.

Tulipifera arbor Muſæ foliorum ferè magnitudine *Floridana*, fragrantiſſimo flore immaculato; Borachera (fortè) *Hiſpanorum*, s. Arbor inebrians *Nierembergii. Hiſt. Nat. lib.* 14. *cap.* 110. Arbos admirandi floris, excedit Lilium, æquat albedine, folia Arboris magna, quorum ſuccus hauſtus aquâ oppidò inebriat. *ibid.*

TUrritis Leucoii folio *Turnefort. Inſt.* 224. Eruca ſylveſtris latifolia, folio integro, flore luteo minore, *Moriſon. Hiſt.* 2. Myagrum quintum *Lobelio, Tabern. Icon.* 866. Myagro affinis planta, ſiliquis longis, *J. B. tom.* 2. 894.

V

VADÆ-KODI, *H. Malab. part.* 9. *tab.* 42. ſimilis, *Maderaſpatana*, & fortè Idem. Cara-Nuchel *Malabarorum.* Perſicaria *Malabarica*, flore galeato & labiato monoſpermon, *Commelin. Not. in locum.*

VAleriana paluſtris major, profundè laciniata, *C. B. Prodr.* An Valeriana quædam annua *Raji. Cat. Stirpium Exterar.* 281. ex *Sicilia.*

Valeria-

Valerianella *Curassavica*, semine aspero viscoso, *Almag. Bot.* 381. Mocaretty, & aliquando Mokretta *Malabarorum.* Talu-dama *H. Malab. part.* 7. *tab.* 56. Thalictro affinis *Indica*, Alni folio semine striato, aspero *Breyn. Prodr.* 2. 99. An Valerianella folio subrotundo, flore purpureo, semine oblongo striato, aspero, *Cat. Jamaic.* 91.

Valerianella *Africana* fruticans, foliis longis & angustissimis, *H. Amst. part. alt.* 219. *fig.* 110.

Valerianoides Thymelææ adfine, Rosmarini foliis minoribus sursum inflexis, flosculis summo caule umbellatis, *Prom. Bon. Spei.*

Valerianoides *Æthiopicum*, Thymelææ adfine umbellatum, Psyllii crebrioribus crenatis foliis, ramosissimum.

VErbascum foliis incanis maximum, odoratum *Meridionalium*, floribus luteis arctè cauli adhærentibus, & foliis multis angustis inter flores emanantibus *Moris. Hist.* 2.

Verbascum minus laciniatum, flore purpureo è *Maderaspatán.* Neer-roattee *Malabarorum.*

Verbasci similis quadrato caule *Cheusanensis*, minore folio acuminato, subtùs molli tomento candicante.

Verbenæ foliis Planta *Æthiopica* quadricapsularis, flore calathoide cæruleo; *Mantiss.* 186. An Verbena *Peruviana*, quæ *Hispanicæ* similis ex *Monarde*, *Lugdunensis* refert. *C. B. P.* 269.

Verbena

Verbena nodiflora minima *Maderaſpatana.*

Veronica *Cheuſanenſis* Groſſulariæ folio, flore amplo purpureo. Alyſſo montano *Dioſcoridis Fabio Columnâ* proximè accedit.

VIburnum *Americanum* aureum, foliis hirſutie Scabris, *Hort. Reg. Hampton.*

Viburnum *Cheuſanenſe*, Ulmi folio, ſubtùs parùm incano.

Frutex eſt baccifer foliis ſubrotundis, ad ſummitatem latioribus, in acumen brevius deſinentibus, ſerratis, & infernè parùm incanis, ex adverſo binis, baccâ rubrâ, rotundâ, acidâ & aſtringente, ſemine unico ſubrotundo, duro & compreſſo fœta, racematim congeſta, *Octobri* matureſcit fructus, D. *Cunningham.*

Viburni noſtratis folio, Arbuſcula *Cheuſanenſis*, *vid. inter Arbores.*

VIola alba, folio Securis *Amazoniæ* effigie, *Floridana.*

Viola parva *Cheuſanenſis*, grumoſâ radice.

Viola arvenſis bicolor *Floridana*, imis foliis parvis, tenellis circinatis. An Viola alpina minima, Nummulariæ folio, *Boccon. Muſ. part.* 2. 163. *tab.* 127.

Viola aſſurgens candida, Mercurialis hermaphroditicæ venoſis foliis, ſubtùs albicantibus; ex *Provinciâ Floridana.*

Viola

Viola *Tituanica* lignoſa, Campanulæ Autumnalis longioribus foliis, floribus parvis candicantibus.

VIrga aurea *Floridana*, ſerratis foliis ſubtùs incanis.

Virga aurea *Tituanica*, oblongo & mucronato folio ſcabro, per margines obitèr crenato, haùd procùl à *Ceuta* quoque invenitur.

Virga aurea foliorum limbis, aſperatis, *Cupani*, ex mente D. *Sherard.* Folia quoàd figuram ab Hieracio *Sabaudum Lob.* haùd multùm abludere videntur, flores tamen multò minores; Ad Sonchorum genus potiùs, noſtra ſententiâ accenſeri meretur.

Virga aurea minor, ſpicato flore lùteo, ex *Inſula Cheuſân.*

VIſcum *Maderaſpatanum*, folio lato brevi. Cherry-mel-cheddy *Malabarorum*, quod eſt Vocabulum commune, quo Epidendrorum plurimas ſpecies ſignificant *Malabarei.*

Viſcum *Maderaſpatanum* minus, foliis veluti articulatis. Cherry-mel-cheddy itidem titulo, quantumvis à præcedente alienum *Malabareis* inſignitur. An Viſcum Opuntioides ramulis compreſſis, *Catalog. Jamaic.* 168.

Viſcum arboreum *Indicum*, craſſiori folio, floribus purpureis, longo collo donatis, plurimis ſimùl in Surculis binatìm adnaſcentibus. Valli-itti-canni H. *Malab. part.* 10. *tab.* 4.

Visci similis, Frutex *Cheusanicus* Clematitis.

VItex *Indica*, Mali Cotoneæ angustiori folio singulari, fructu ad foliorum alas; Ocana-murram *Malabarorum*.

Vitex *Sinarum*, subrotundis argenteis foliis bijugis, caule quadrangulari; ex *Insula Crocodilorum*.

Vitis *Idæa*, s. Vaccinia subrotundis Ulmi foliis, *Americana*.

Vitis *Idæa*, s. Vaccinia *Æthiopica*, Alaterni foliis rotundioribus duris, & non crenatis, virgulis angulosis.

Vitis *Idæa*, s. Vaccinia *Floridana*, Lauri minoribus foliis, Unedonis floribus, per longitudinem surculorum uno versu racemosis.

Vitis *Idæa*, s. Vaccinia palustris, Nummulariæ foliis non crenatis, ex *Floridâ*.

Vitis *Idæa*, s. Vaccinia *Maderaspatana*, Buxifolio, floribus parvis purpurascentibus villosis, sparsim enascentibus.

Vitis *Idæa*, s. Vaccinia *Floridana*, spicato fructu folio Phylli.

Vitis *Idæa*, s. Vaccinia *Cheusanensis*, Prunifolia, Urceolato flore, fructu atropurpureo.

Frutex est flore rufescente, campaniformi, globoso, (instàr Ericæ) ad os parùm diviso, ex calyce quintifido

surgit

ſurgit piſtillum, quod deindè abit in baccam nigro-pur-puream edulem; foliis ſerratis ſubrotundis, & acuminatis, *Novembri* floret, D. *Cunningham.*

Vitis *Idæa Cretica* humilior, *Park. Theatr.* 1457. Chamæceraſus *Idæa Pr. Alpini* de *Exot. pag.* 4.

Vitis vinifera, folio Ficûs denticulato, fructu cæruleo. Perro-Volula *Malabarorum.*

Vitis vinifera ſylveſtris, ex *Inſula Cheuſan.*

Vitis Vulpina dicta *Virginiana* alba, *Almag. Bot.* 392. An Vitis lanata *Carol. Stephani Præd. ruſt.* 307. Hujus ramulum ex *Inſula Cheuſan* in ditione *Sinarum*, D. *Cunningham* ad nos etiam tranſmiſit; Et circà *Conſtantinopolim* frequens eſt, ut nos monuit Excellentiſſimus Vir *D. D. Timone* Medicinam felicitèr faciens in Urbe *Pera.*

Vitis agreſtis *Sinica* minor, The leaſt Fox Grape, ex *Inſula Cheuſan.*

ULmifolia arbor *Maderaſpatana*, fructu bacciformi globoſo, perianthiis membranaceis incluſo; Neercheddy *Malabarorum.*

Ulmus nana *Cheuſanica*, foliis ſplendentibus glabris.

Frutex eſt fructu ovato plano membranaceo, ad ſummitatem parùm diviſo, ſemine fœto unico, lentiformi, in fructûs centro, foliis ferè Ulmi ſerratis & acuminatis; Fructus prodit ex flore, vel calyce quintifido, &

& *Novembri* maturescit, *Sinicè* Kin-tchang-lang nuncupatur, D. *Cunningham*.

UM-ki aliàs U-muy; cujus fructus ad colorem Escarlatinum tingendum inservit, *vid inter Arbores*. Florem fert rosoceum, album hexapetalum.

URtica racemifera maxima *Sinarum*, foliis subtùs argenteâ lanugine villosis.

Planta sylvestris *Mâ* dicta, undè efficitur filum instàr Lini Mâ-sien dictum, D. *Cunningham*.

Eadem sativa. Planta sativa *Cō* dicta, undè efficitur Cōpou, pro vestibus æstiuis, D. *Cunningham*.

Urtica *Floridana* major, seminibus racemosis, non ramosis.

Urtica minor *Floridana*, seminibus cauli arctè adhærentibus.

UVa crispa s. Grossularia, Oxyacanthæ foliis amplioribus, ex *Sinu Hudsonio*. ex *Horto*, D. *Reynardsoni*.

UVifera litorea *Obe* vulgò *Almag. Bot.* Guajabarana *Charibearum Henr. Mundy Biochrest*. 168. In *Antillis* etiam ad fluviorum ripas passim crescunt hujus Arbusculæ tortæ, nodosæ, folio rotundo amplo, quam charta firmiori, primùm viridi, postea rufescente; Earum fructus sunt

ſunt roſeæ Uvæ, paucæ carnis, ob oſſa magna, quæ me diis acinis inſunt, ſaporem prunorum habent; Xagua fortè arbor *Perüana* apud *Ogilv. Americ.* 405. quæ fructum Uvæ paſſæ ſimilem profert; Cujus oſſiculorum nuclei benè exſiccati, & moliti, optimam farinam præbent ad panem conficiendum. An Xagua *Oviedi.* De hac Arbore *Petr. Martyr.* cum ait, Gignit ex duobus Arborum generibus picem *Inſula Hiſpaniola*, ex Pinu puta, & Arbore dicta *Copei*, ex quâ pix non alitèr quam ex Pinu legitur, licet dicant plerique ſtillicidio colligi comburendo ejus lignum. Fructus autem ejus parvus eſt, vel prunum, eſui ſatis aptus. Cujus Oſſiculorum nuclei ſunt farinacei.

X

XANTHIUM, s. Lappa minor Chenopodii foliis, *Cheuſanenſe.*

Xeranthemum Seſamoides flore albo, Ericæ foliis cauli tomentoſo adſtrictis, ad radicem verò Stæchadis citrinæ longioribus, & ſolutis, ex *Inſulâ Crocodilorum.*

Xeranthemum *Africanum*, imis Gnaphalii foliis, ſupernis vero Cupreſſinis teretifoliis, flore maximo Perſicæ colore, Variat & flore candidiſſimo.

Z

ZANTHOXYLUM aculeatum, Fraxini sinuosis, & punctatis foliis *Americanum*, *Almag. Bot.* 396.

Qui hujus ramulo in *Phytographiâ* nostrâ, tab. 239. fig. 4. adpicti sunt fructus; Arbori ejusdem cognominis proximè subsequenti in *Almagesto* pertinent, cujus *Icon* habetur, *tab.* 328. *fig.* 6. *ejusd. Phytogr.* & huic per errorem adpositi.

ZInziberis angustiori folio facie, cujus radix *Cassummuniar* nuncupatur è *Maderaspatán*.

F I N I S.

AMALTHEI BOTANICI.

Appendix.

A

ARBUSCULA baccifera *Brasiliana*, Canellæ folio trinervi, subtus argentea lanugine villoso. Mug-tree dicta. Amicissimus & eruditus Vir *D D. Johannes Woodward*, D. M. & *Medicinæ Prælector* apud *Greshamenses*, nec-non *Societ. Reg.* & *Medic. Londinens.* socius dignissimus hanc Arbusculam peramœnam, cum multis aliis in hac *Appendice* recensitis, quæ ex *Hollandia Nova*, atque *Brasilia* a *D. Dampier* sibi allatæ, necnon ex Insula *Cheusan* a laudatissimo viro *Domino Jacobo Cunningham*, sunt transmissæ; Nobis ad Exsculpendum candide impertivit.

Arbuscula Laurifolia *Brasiliania*, Laurustini floribus, corymbosa.

Arundo *Sinica* ramosa, plurimis squammulis ad culmum donata.

C

CAlamintha montana *Sinica* Betonicæ folio, floribus cærulescentibus.

Chamæleæ *Arabum* folio, fructu ex alis foliorum pediculis brevibus glomerato, ex *Hollandia Nova*.

Chrysanthemum exiguum *Nov'hollandicum*, Coronopi foliis, flosculis fistulosis.

Chrysanthemum Granadillæ fere foliis *Brasilianum*, flore summo caule singulari.

Chrysanthemum longifolium minus *Brasilianum*, flore unico in fastigio caulis.

Coluteæ argenteæ alternis foliis, siliqua incana compressa, per medium planitiei secundum longitudinem sese aperiente.

Convolvulus *Virginianus* elegans, incanis foliis tripartito divisis, flore amœne purpureo.

E

ERica *Nov'hollandica* quaterno ordine foliata, folio subrotundo brevi.

Eriocaulon *Nov'eboracens.* capitulo albo globoso, s. Globularia *Americ.* Statice haud absimilis, cauliculis lana atronitente refertis

Eupatorium *Cheusanense* Urticæ foliis, pediculis alatis, & auricularis, floribus summo caule conglomeratis.

F

FRutex *Brasilianus* fructus ferens siccos baccas mentientes, ex alis foliorum uno versu in racemos.

Frutex *Cheusanensis*, foliis rugosis Jasmini flore tetrapetaloide.

Frutex

APPENDIX.

Frutex Nov'eboracensis, Elæagni foliis brevioribus minutissime crenatis, fructu parvo quinquecapsulari.
Frutex *Sinensis* alatis foliis siliquosus, torosis siliquis, villis aureis densius obductis.
Frutex *Sinensis* Senæ sylvestris folio angustiori, nodosa siliqua rostro longiore donata.
Fruticulus *Nov'eboracensis*, hirsutis Myrti minoribus foliis, capsulis parvis tricarpos.
Fruticulus verticillatus Prunifolio longiore *Brasilianus*. Eundem etiam habuimus e *Terra Mariana*.
Fucus ramulis compressiusculis crusta aurea sanguineis guttis duplici utrinque ordine insignita obsitis, ex *Guinea*. Corallina lutea punctorum rubentium duplici utrinque phalange insignita, *Doctoris Woodward*.

G

GRamen parvum *Cheusanense* spicatum, granulis compressis cordiformibus.
Gramen *Cheusanicum* foliis brevibus aculeatis globuliferum; globulos aureos Chamæmeli nudi similes inter folia proferens.

J

JAsminum *Brasilianum* Lauri folium, floribus longo tubulo donatis.

L

LAserpitium Apii paludosi folio *Marilandicum*.
Leucoium maritimum *Nov'hollandicum*, folio parvo incano, flore amplo cæruleo.
Lotoides *Æthiopicum* Saxifragæ pratensis folio; multifariam in quinque partes diviso.

M

MAlva *Brasiliana*, angustis lanuginosis, & serratis foliis, flore aureo parvo.
Melissa *Brasilica*, subrotundis parvis foliis inodora.
Mespilus Oxyacantha dictus *Cheusanensis* oblongis, mucronatis, & serratis foliis, fructu longiore, summis ramulis innascente.
Mespilus Oxyacantha dictus *Nov'eboracensis*, Rosæ sativæ foliis; fructu parvo rotundo, inter folia sparso.
Muscus denticulatus major, ex *Ceram*, Insula *Amboinæ* adjacente.
Muscus denticulatus minor, ex Insula *Cheusan*.

N

NUmmularia (forte) crenatis foliis. An Veronica pratensis Nummulariæ foliis, Planta repens *Brasiliana*?

P

PErsicariæ folio planta *Cheusanica*, fructu parvo rotundiore, summo caule in spicam disposito.

R

RHus trifoliatum *Brasilianum*, foliis glabris.
Ricinus *Nov'hollandicus* triphyllos, capsulis eleganter bullatis.

S

SOlanum *Brasilianum*, folio integro, mucronato, glabro, Papas *Americani* floribus in summitate caulis.

V

VIola surrecta *Virginiana*, Xylostii foliis, flosculorum petalis eleganter crenatis.

UMbelliferis adfinis, Ranunculi folio, planta pusilla, *Hollandiæ Novæ*.

INDEX.

INDEX.

A.

ABavo, 68.
Abies, 1.
Abrotanum, 1, 2.
Absinthium, 2, 3.
Acacia, 3, 4.
Acanthium, 50.
Acarna, 51.
Acer, 4.
Acetosa, *ibid.*
Achæmenides *Indor.* 131.
Acino Similis, 4.
Acinos effigie, *ibid.*
Acmella, 57.
Aconitum. 5.
Aculeosa, *ibid.*
Addemogule, 12.
Adjoumaram, 24.
Aglaophotis, 152, 153.
Alaternoides, 5.
Albahaca, 61.
Alcea, 6, 7, 8.
Alga fluviatilis, 177.
Alisanus, 8.
Alisma racemosum, 115.
Allamaram, 87.
Allium, 8.
Alloco-pashy, 63.
Almuggim alias Algummim. 156.
Alnus & Alnifolia, 8.
Alni effigie, 145.
Aloe, 8, 9, 10.
Aloe falso dicta, 40.
Alopecuros vera *Plinii*, 110.
Alsine, 10, 185.
Althæa, 7, 11.
Alycurry, 23.
Alyssum minus, 201.
Amaranthioides, 13, 60.
Amaranthus, 12.
Ambelos *Cingalens.* 21, 187.
Ambrosiæ similis, 13.
Amear-Blundoo, 64.
Amnicola *Barbadens.* 176.
Amygdalo similis, 13.
Amygdalus, *ibid.*
Anagallis lutea, 140.
Ananas sylvestris, 13
Anantaly-Maravara, 74.
Ana-parna, 97.
Anchusa, 14.
Anchusæ folio, *ibid.*
Anethum, *ibid.*
Anethifolia, *ibid.*
Anguria, *ibid.*
Anguriæ folio, *ibid.*
Anomala, 15.
Anonis, *ibid.*
Anonymos, 15, 16, 17, 21, 127, 187.
Anthyllis, 17.
Anthyllis altera, 85.
Antirrhinum, 17.
Antirrhino adfinis, *ibid.*
Apioscorodi facie, *ibid.*
Apium *Macedonicum*, *ibid.*
Apocynum, 17, 18, 19.
Aproxyn, 153.
Aquifolium, 19.
Aquilegiæ corniculis, *ibid.*
Araka-puda, 185.
Arbor fructu Ananes, 13.
Arbor inebrians, 206.
Arbor Sebacea, 25, 76.
Arbor siliquifera, 4.
Arbor sine foliis, 14.
Arbores aliæ, 19, 20, 21, 22, 23, 24, 25, 26, 27.
Arbusculæ, 27, 28, 29, 30. 31, 32, 33, 34, 35, 36. & in *Append.*
Ardana-polla, 37.
Arenau-polla, *ibid.*
Aristolochia, 36, 37.
Arrevenar-pundoe, 85.
Arry *Malabarorum*, 180.
Artemisia, 37.
Arum, 37, 38, 39.
Arundo, 39, 101, 146, & in *Append.*
Ary-Elle, 95.
Arymaram, 62.
Asarinæ foliis, 40.
Asparagus, *ibid.*
Asphodelus, *ibid.*
Asphodelo affinis, *ibid.*
Aster, 40, 41, 42, 43, 57, 130.
Astragalus, 43.
Atragene, 60.
Atteemaram, 87.
Atti-alu, *ibid.*
Auriculæ Ursi affinis, 43.
Ausid Avicennæ, 157.

B.

BAlaustii foliis, 44.
Balsamina lutea, *ibid.*
Baobab, 68.
Barba Jovis, 44.
Baruce fructus, 147.
Basaala-poulon-Maravara, 115.
Batatæ species, 184.
Batta-valli, 62.
Beera-kaida, 112.
Belam-canda-Shularmani, 193.
Bela-pola, 106.

Beli-caraga, 109.
Bellan-patsja, 149.
Bellis, 44, 45.
Belutta-adeca-manjeu, 12.
Belutta-Tsjori-valli, 114.
Blattariæ affinis, 139.
Blitum, 45.
Bolangomaram, 162.
Bongela-chedde, 134.
Borachera forte, 206.
Botrys fruticosa, 45.
The Sucking-Bottle, 8.
Brassica sylvestris, 45.
Brunella, *ibid.*
Bryonia, 45, 46.
Bryopteris, 93.
Bucanephyllon, 46.
Bucheides *Syrorum*, 154.
Buglossum, 46, 47.
Buglosso simile, 46.
Buh-hu, 107.
Bulbocastano similis, 47.
Bupleurum, *ibid.*

C.

CAary-cheddy, 138.
Cada-pilava, 27, 140.
Calamintha, 48. & in *Append.*
Cal-covy, 46.
Calendula, 48.
Calla-mundoe, 80.
Caltha, 48.
Camarinhas, 155.
Camolachachery, 156.
Camolonga, 68.
Campanula, 49.
Cannabis, *ibid.*
Capparis, 50.
Caprifolium, 167.
Caraguata, 10.
Carambu, 139.
Carandas *Garciæ*, 198.
Cara-nuchel *Malab.* 206.
Carcaipo, 150.
Cardiaca, 50.
Carduus, 50, 51.
Carduo-Cirsium, *ibid*
Careloe-vegon, 37.
Carim-tumba, 144.
Cariwaopulla, 29.
Carlina, 51.
Carotæ effigie, *ibid.*
Carpini foliis, 51, 52.
Caryophyllata, 52.
Cassia, *ibid.*
Cassida peregrina, 190, 191.
Cassine, 52.
Castanea, 53.
Cassummuniar radix, 214.
Catalonga, 68.
Catanance affinis, 130.
Cattu-valli, 62.
Cauca-pundoe, 165.
Caul-cadde, 61.
Cauta-manuck, 184.
Caute-vella, 141.
Cauto-moolle, 20.
Cauton-anna, 54.
Cautonar-mully, 84.
Cautoo-canna, 119.
Cautoo molamaram, 22.
Cauto-tullashy, 48.
Cautwallee, 4.
Cedreleta, 100.
Centaurium medium, 53.
Centaurium minus, *ibid.*
Cerasus, 54.
Ceratia, *ibid.*
Cerinthe, *ibid.*
Chamæcerasus Idæa, 210.
Chamæcistus, 59, 176.
Chamædrys, 54.
Chamælea, *ibid.*
Chamæleæ Arabum folio, in *Append.*
Chamæmelum, 54.
Chamæpitys maritima, 45.
Chamæsyce *Indica*, 202.
Chambymaram, 191.
Changum-goupee, 167.
Chappawer, 185.
Chara, 152.
Charectrymaram, 164.
Chaunacurry, 61
Cheendil curry, 46.
Chemb-Paretty, 169.
Chendoe-curry-pille, 113.
Chenomychon, 153.
Cheravar-cuddee, 37.
Cherragoon-butty, 68.
Cherry-mel-chedde, 73.
Cherry-mel-cheddy, 209.
Cheru-kera, 45.
Cherymaram, 3.
Chevaruttee, 80, 81.
Chevenar-Weamboe, 161.
Chittee-Mootee, 11.
Choona-attee, 3.
Chorellee, 10.
Christophoriana, 54.
Chrysanthemum, 54, 55, 56, 57, 58, & in *Append.*
Cichoreo affinis, 58.
Circææ foliis, 59.
Cirsium, 50.
Cisti genus, 28, 30.
Cistus, 59.
Cistoides, 7, 99.
Clay-cheddy, 136.
Clematis, 60.
Clematitis, *ibid.*
Clinopodium, 60, 61.
Co *Sinensibus* dicta, 212.
Coambatty-Leckary, 12.
Coapoiba, 19.
Cocculi *Indi*, 61, 62.
Codeir-podela, 115.
Codry-pilloe, 108.
Coida-humbee, 46.
Cola fructus, 165.
Colcora-gelly, 143.
Colerawy, 106.
Coles, 62.
Coletty-Maano, 22.
Colinil, 163.
Collar-cutty, 170.
Collar-Moosh-moshica, 68.
Collar-nucheel, 20.
Collar-orchis, 170.
Colla-rotta, 175.
Collar-pawly, 202.
Collar-pooe, 12.
Collar-tuty, 6.
Collar-wallowy, 126.
Colle-Molian, 202.
Collycaucana, 63.
Colutea, 62. & in *Append.*
Coly-Yeveray, 169.
Coma aurea, 2.
Condam-guttree, 30.
Condan-guttry, 20.
Conferva, 63.
Connemaram, 97.
Conneta-poondoe, 129.
Contra yerva, 15, 127.
Convolvulus, 63. & in *App.*
Conyza arbor. 64.
Coory-tugree, 30.
Copei arbor, 213.
Co-pou *Sinarum*, 212.
Cora-chinaconee 56.
The feather'd fine Coralline, 64.
Corallina, *ibid.*
Corallium, *ibid.*
Coral-pundoo, 126.
Coranny-pooe, 84.
Coreatty, 136.
Corenda-chedde, 66.

The Coriander-Comfit-Tree, 65.
Coriotragematodendros, ibid.
Corni similis, 65, 66.
Cornus mas, 66.
Corosinam, 166.
Coru & Coru genus, 31, 66.
Cory-cotan, 23.
Cory-tuty, 11.
Cory-parappoe, 143.
Costus *Arabicus*, 206.
Courundera, 175.
Crocus, 66.
Crotalaria, 66, 67.
Cruciata, 68
Cucumis, ibid.
Cucurbitifera, ibid.
Culla-Almaram, 88.
Cullæ-pawshy, 202.
Cullam-mully, 83.
Cullara-Marungy, 151.
Cullooe *Malabaror.* 170.
Cuminum, 47, 120.
Cummala, 136
Cupi, 69.
Cupressus, ibid.
Curigi-taly, 31.
Curkay, 108.
Cuscuta, 69.
Cutchal-curry, 23.
Cuttee-calangoe, 177.
Cyanus arborescens, 81.
Cyanus major, 69.
Cynoglossum, 70.
Cynospastus, 153.
Cyperi genus, 70.
Cytisus & Cytisi facie, ibid.

D.

Dammara, 99
Davadarre, 187.
Dens Leonis, 71.
Digitalis, ibid
Doronicum, ibid.
Donnekai-gauhah, 14.
Dracocephalo affinis, 103.
Dracunculus major, 37.

E.

Echium, 72.
Elaeorandee-curry, 192.
Elatines folio, 72.
Elichrysum, 72, 73.
Ellacauny, 168.
Ellacooty-maram, 179.
Ella-pashu, 177.
Elleborine botryoides, 115.
Elly-pundoe, 67.
Elowaymaram, 22
Embymaum, 20.
Entada, 32.
Ephemeron Phalangoid. 73.
Epidendron, ibid.
Equisetum, 74, 177.
Eramamine, 23.
Ergen arbor, 154.
Erica *Alexandr. Lob.* 201.
